†. Est etiam catena, de qua tamen Fabricius in citato loco nullam mentionem facit. Expositores autem sunt, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Cyrillus, Isidorus, Theologus, Dionysius, Gregorius Nyss., Damascenus, Origenes, Macarius, Amphilochius, Marcus archiepisc., Dionys. Areopagita, Maximus, Nilus archiep., Dionys. Alexandr., Andreas Cretens., Caesarius, Cyrillus Hieros., Nilus monachus, Isaac, Hesychius, Diadochus. Catena anonymi Antwerpiae edita ab hac differt. At in bibl. Taurinensi apud Ios. Pasinum exemplar occurrit, quod idem initium habet.

Codex XXXVIII.

Chartaceus, charta laevi, titulis et initialibus cinnabari distinctis, literis minutis ac nitidis, in folio, cum correctionibus marginalibus, constans foliis 387. Saec. XVI., optime conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας ἐξήγησις εἰς τὸν ἅγιον προφήτην ἡσαΐαν.

Sancti Patris nostri Basilii, archiepiscopi Caesareae Cappadociae, expositio in sanctum prophetam Isaïam.

A. Ἀρχομένους ἡμᾶς.

T. ἡ ἐντεῦθεν παίδευσις.

†. Editus est hic commentarius in Basilii operibus divisus in XVI. cap. In Msc. nulla distinguuntur. Sed et neque idem ordo observatur, prout ex initio hic posito elucescit: Ἀρχομένους ἡμᾶς τῆς διασαφή-

διασαφήσεως τῶν τοῦ προφητοῦ ἡσαΐου ῥημάτων, ἔυχεσθαι χρὴ λαβεῖν τὸ τῆς σοφίας καὶ τὸ τῆς γνώσεως καὶ τὸ τῆς διδασκαλίας χάρισμα. Et sic usque ἀκουόντων. Quod in editione p. 378. n. 2. reperies. Tum sic pergit: ἰσέον οὖν πρὸ πάντων, ὡς χρὴ ἀπὸ τῶν κοινῶν ὡρμημένους περὶ ἰησοῦ τὰ ἐναντιούμενα, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει ὁμολογεῖν, μὴ νοεῖν. Et sic usque καταπεπλεγμένων. Tum pergit τῶν παρ' ἡμῖν αἰσθητηρίων τὸ ἐναργεστάτην τὴν κατάληψιν ἐχόντων αἰσθητῶν, ut pag. 385. n. 8. in editione reperitur. Dein incipit: χρὴ τοίνυν τῇ ψυχῇ τοῦ μέλλοντος προφητεύειν, τὴν ἐπιτηδειότητα προυποκεῖσθαι ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν κινήματος, quod in editione p. 379. a. legitur. Finito commentario aliena manu, qua et correctiones in marginibus fiebant, hic titulus conspicitur inscriptus: ἐν ἑτέρῳ ἀντιγράφῳ ἔυρεται καὶ ταῦτα, in alio antigrapho etiam ista inveniuntur. Sunt verò, indicato prius folio, ubi inseri deberent, haec:

Φύλ. 11. τὴν μὲν οὖν τιμωρίαν σοδομιταῖς ἀντίρρεπον οὐκ ἐδέξαντο κ. τ. λ.

Fol. 18. τοῦτο ἐστὶ τὸ αἴτιον τοῦ ἀποστρέφεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ θεοῦ, ὅταν ἐκτάθωσιν αἱ χεῖρες κ. τ. λ.

Fol. 41. ὅταν οἱ λαμβάνοντες μηδὲν ἀπ' αὐτῶν βουλήθωσι καρπώσασθαι κ. τ. λ.

Φύλ. 83. πῶς δὲ θεῷ ἀγῶνα παρέχει ἄνθρωπος. εἴπερ ἡ ἀγωνία φόβος ἐστὶ διὰ πτώσεως κ. τ. λ.

Φ. 85. μετὰ γοῦν τὸ σημεῖον δεδωκέναι προλέγει τὴν σωτηρίαν κ. τ. λ.

Φ. 90. καὶ ἄλλοσε τοῦτο διχῶς νοεῖται κ. τ. λ.

Φ. 110. τότε τοίνυν φησὶ ἐσαι τῷ ἰσραὴλ, ὡς τῇ ἡμέρᾳ, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ γῆς αἰγύπτου κ. τ. λ.

Φύλ. ρλϑ. Fol. 139.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνσαντινουπόλεως τοῦ χρυσοσόμου ἑρμηνεία εἰς τὸν προφητὴν ἡσαΐαν πρόλογος.

Sancti Patris nostri Ioannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, commentarius in sanctum prophetam Esaiam.

Α. τοῦ προφητοῦ τούτου τὸ ἐξαίρετον.

Τ. ταῦτα διασκεδάσῃ τὰ μηχάματα.

†. Commentarius hic in Isaiam editus est in auctoris operibus, divisus in VIII. capita priora. In exemplari nostro nulla fit capitum distinctio. Notat Montfauconius, Savilium varias lectiones e Msc. Monacensi edidisse, ubi miror, primam, quae in margine legitur: ad *ἀπέκρυψαν*, sc. *ἐν ἄλλῳ γρ. ἐπεδείξαντο*, esse omissam. Et id genus plures correctiones marginales occurrunt.

Φύλ. σκδ. Fol. 224.

Κυρίλλου ὁμιλία.

Cyrilli homilia.

Καὶ προσέθετο κύριος λαλῆσαι μοι ἔτι διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον.

Ὅτι παρά τε τὸ ἐιωθὸς ἀνθρώποις ξένος τε καὶ ἀξιάγαστός ἐσαι τοῦ ἐμμανουὴλ ἡ γέννησις διὰ τῆς ἁγίας παρθένου.

†. Est haec catena Andreae Presbyteri in Esaiam, ubi praecipui auctores citantur: Cyrillus, Eusebius, Severus, Theodoretus et Theodorus. Nonnisi primus hic liber est, ad cuius calcem haec leguntur: *εἰς τρεῖς βίβλους τὴν προκειμένην γραφὴν τοῦ ϑεσπεσίου προφητοῦ ἡσαΐου διελεῖν δοκιμάσας, τοῦτο τῇ πρώτῃ δίδωμι πέρας. Ἀνδρέου δὲ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ*

ἐλεηνοῦ καὶ ταπεινοῦ πρεσβυτέρου τοῦ συνάγοντος καὶ παραθεμένου τὰς ἐμφερομένας τῇ βίβλῳ ταύτῃ γραφὰς. οἱ ἐντυγχάνοντες ὑπερεύχεσθε, ἵνα ὁ θεὸς ἐλευθερώσῃ αὐτὸν πάσης κηλίδος ἁμαρτημάτων καὶ δωρήσηται αὐτῷ ἔλεος ἐν τῇ Φοβερᾷ καὶ ἀδεκάστῳ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ. παρακαλῶ δὲ πρὸς τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος τοὺς γράφοντας ταύτην τὴν βίβλον καὶ τὴν προκειμένην εὐχὴν μετὰ καὶ τῆς παρακλήσεως τάσσειν. Ex quo liquet, catenam hanc in tres libros divisam, huiusque auctorem esse Andream Presbyterum. Exemplari, quod in bibl. Vindobonensi asservatur, praemittitur prooemium Cyrilli: Ἀσυμφανὴς μὲν τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος. Haec catena nunquam neque graece, neque latine lucem vidit. In vet. catal. est anonymi.

Φύλ. τζ. Fol. 306.

Παροίμιαι σολομῶντος υἱοῦ δαβὶδ, ὅς ἐβασίλευσεν ἐν ἰσραὴλ γνῶναι σοφίαν. κειμ.

ἑρμ. ὁι τὴν ψυχικὴν κατάσασιν ἄισθησιν παρέχων τῶν παρόντων.

†. Est anonymi catena in Salomonis proverbia, cuius expositores sunt Chrysostomus, Didymus, Olympiodorus, Diodorus, Polychronius, Origenes, Eusebius, Evagrius, Eustathius, Basilius, Apollinarius, Epiphanius, Georgius. Textus ultimus est: θυσίαι ἀσεβῶν βδέλυγμα κυρίου κ. τ. λ. Expositio autem illius: ἡ γυνὴ ἐν παροιμίαις καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ ἐκκλησία κ. τ. λ. Desinens: οὐ μόνον τὰ περιφανῆ δόγματα αὐτῆς εἰσαγόμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰσαγωγικά. Neque in editis proverbiorum catenis, neque in manuscriptis quidpiam huic simile reperire potui.

Φύλ. τμδ. Fol. 344.

Παράφρασις εἰς τὴν σοφιστικὴν. Paraphrasis in sophisticos elenchos.

Α. οὐκ αὐτόθεν τοῖς φιλοσοφοῦσι τὸ περὶ τὴν σοφιστικὴν πραγματεύεσθαι, ὅτι μηδὲ πρόυργου. Τ. τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν ἔχειν χάριν.

†. Hanc paraphrasin nullibi descriptam aut editam inveni.

Codex XXXIX.

Chartaceus, charta crassa et laevigata, titulis et initialibus minio exaratis, charactere minuto et eleganti, in folio, cum marginalibus notis rubre distinctis, foliorum numero 318, optime conservatus, Saec. XVI. exaratus et inscriptus.

Πόνημα ἐν συνόψει περὶ φύσεως ἀνθρώπου ἐξερανισθὲν καὶ συντεθὲν παρὰ μελετίου μοναχοῦ ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐνδόξων καὶ τῶν ἔξω λογάδων καὶ φιλοσόφων. Opus synopticum de natura hominis collectum et concinnatum a Meletio monacho ex insignibus ecclesiae et gentilium scriptoribus.

Α. τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. Τ. σῶμα δὲ τὴν φράσιν δόξει τῷ χρισῷ κ. τ. λ.

†. Prodiit latine Venetiis 1552. 4. Nic. Petr. Corcyraeo interprete. In bibl. Taurinensi apud Pasinum titulus est alii, et apud Fabricium tom. VIII. p. 406. Ἡ παροῦσα σύνοψις περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ συγκλέγη καὶ συντέθη παρὰ μελετίου μοναχοῦ θέματος τοῦ ὑψικίου βάγτου ἀμπρόκου χωρίου τιβεριουπόλεως μονῆς λεγομένης τρεῖς, ἤτοι τῆς ἁγίας

τριάδος, praesens synopsis de natura hominis collecta est atque composita a Meletio monacho legionis obsequii ex summitate regionis Tiberiopolis monasterii dicti trium, seu sanctae tribuitatis. Tum sequitur prooemium, quod et in editione Meletio tribuitur, improbante Nesselio P. 3. p. 51. Et reverà in aliis, ut et in nostro codice, tanquam alienum deest. In nostro codice tituli primi sunt: *περὶ τοῦ, τί ἐστὶ ἄνθρωπος; περὶ μαζῶν. περὶ βρέφους κ. τ. λ.* Quibus licet in editione desideratis, res tamen eadem habetur. At aliud longe est in ultimis, ubi agitur de iuventute, senectute, semine, orexi etc. quae desinunt: *ἐκ τῶν λαμβανομένων τροφῶν.* Tum sequitur prologus de anima: *περὶ ψυχῆς πρόλογος. περὶ ψυχῆς ὥδε λόγος οὐ τὸ, τί ἐστὶν ἡ ψυχὴ κατ' οὐσίαν; διδάσκει.* Cuius finis est: *οἱ γνῶσιν ἐν συνέσει κατορθοῦντες. περιέχεται ἐν τῷδε τῷ λόγῳ· ὅτι οὐ σῶμα ἡ ψυχὴ κ. τ. λ.* Mox sequitur titulus *περὶ ψυχῆς λόγος δεύτερος.* A. *ἐπειδὴ δὲ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνέστη ὁ ἄνθρωπος καὶ τοῦτο ἔστι ζῶον λογικόν.* Et hic tractatus de anima septem foliis constat, adeoque multò amplior, quàm in editione et cuius beneficio editus non mediocriter augeri posset. Sed et Nesselius Part. III. p. 21. ait, in codice Vindobonensi cap. XXXV. de anima quintuplo maius esse, quàm in memorata editione.

Φύλ. π. Fol. 80.

ζουλαπὶ εἰς ἰκτερὸν. Remedium in icterum.

— ἄνται αἱ παρατηρησιμαὶ ἡμέραι τῶν ιβ μηνῶν. Dies observandi XII. mensium hi sunt.

— θαυμαστὸν γὰρ ὄντως ἀληθῶς τὸ ἀνθρώπινον σύγ- T. *καντεῦθεν λοιπὸν κινοῦνται τῆς ἐπιθυμίας οἱ*

πραμα καὶ τῆς τοῦ δημιουργου σοφίας γνώρισμα.

λογισμοὶ. νεφροὺς τροπικῶς τοὺς λογισμοὺς προσηγόρευσεν.

†. Est fragmentum de homini natura, fors Galeni.

Φύλ. πα. Fol. 81.

Ἐκ τοῦ Φλεβοτομίας γαληνοῦ. Ex Galeno de venae sectione.

Α. ὅτι τοῖς τὰ σηνηθῆ πράττουσι. *Τ. καὶ ἅυθις ἐπαφαίρειν.*

Περὶ ἀρτηριοτομίας. De arteriotomía.

Α. ὅτι τὰς ἐν τοῖς κροτάφοις ἀρτηρίας. *Τ. μορίου παντὸς.*

Περὶ πέψεως. De coctione,

Α. Ἡ πέψις ἀλλοίωσίς ἐσι. *Τ. τὴν γαστέρα ναρδίνῳ μύρῳ.*

Φύλ. πς. Fol. 86.

Γαληνοῦ προοίμιον περὶ τροφῶν δυνάμεως κατὰ στοιχεῖον. Galeni prooemium de alimentorum facultatibus ordine alphabetico.

Α. πολλῶν καὶ λογίων, ὦ μέγιστε βασιλεῦ. *Τ. περὶ ὠτίδων. λόγου διαγνωσθήσεται.*

†. Editum Galeni opusculum de alimentorum facultatibus. At hoc totum quantum differt, ut ex collatione intellexi!

Φύλ. ρκα. Fol. 121.

Σύνοψις τοῦ περὶ τροφῶν, γαληνοῦ. Synopsis de alimentis, Galeni.

Α. περὶ πυρῶν, ἤτοι ἄρτων. Ἠπειλημένοι, καὶ τῷ εἴκῳ βαρύτεροι. *Τ. εἰς δὲ ὄυρησιν χείρους τῶν λευκῶν.*

†. Est haec synopsis desumpta ex tribus libris de alimentis, uti obvii tituli declarant. Nec haec cum editis conveniunt. Sequuntur varia remedia contra varios morbos. In bibliotheca Taurinensi apud Pasinum p. 70. a Meletii opere usque huc eadem haberi videntur. Verba enim ipsius haec innuunt. Adduntur in fine pauca quaedam de variis morbis ex eodem forte Galeno desumpta.

Φύλ. ρλζ. Fol. 137.

Πορφυρίου Φιλοσόφου περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Porphyrii philosophi de abstinentia ab esu animalium.

Α. *τῶν πρὸς ἡμᾶς ἠκόντων.* Τ. *καὶ πελάνοις.*

†. Sunt libri IV. quos primus graece edidit Pet. Victorius. Non infeliciter latine vertit Io. B. Felicianus et edidit Venetiis 1547. 4. Extant adhuc versiones de Fogerolles et Io. Valentini. In nostro codice habentur insuper notae marginales, eaeque rubricatae, v. Morellii bibl. gr. et lat. tom. I. p. 257.

Φύλ. ρξε. Fol. 195.

Πρὸς τὸν πανσεβαστὸν Δοῦκαν κύριον Ἰωάννην, τὸν μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν δεήσεων, τὸν υἱὸν τοῦ πανσεβάστου καὶ μεγάλου δρουγγαρίου τοῦ καματεροῦ, εὐσταθίου, διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, ἐπιστολὴ ἐπὶ ταῖς διονυσίου τοῦ περιηγητοῦ Ad Augustissimum Ducam Dominum Ioannem, postea a libellis supplicibus, filium Augustissimi ac magni Drungarii Andronici Camateris, Eustathii, diaconi libellorum supplicum ac oratorum magistri epistola de Dionysii Periegetae

παρεκβολαῖς. μεθ' ἣν προοιμιον εἰς τὸ πρᾶγμα, καὶ μετὰ τὸ προοίμιον αὖται αἱ παρεκβολαί.

commentario; post quam prooemium in opus et post prooemium ipse commentarius.

Α. πινδάρῳ μὲν τῷ σοφῷ πρὸς λύραν εἰπεῖν.

Τ. ὄυτε ἀνθρωπείου ὀργάνου, ἀλλὰ τῶν τοῦ ὀργάνου.

†. Non idem ordo hîc observatur, qui est in editione Lut. 1547. 4. gr. Sic p. 101. finis est: ἔυρου καὶ ζεφύρου. In Msc. autem post περιηγήσεως λέγειν sequuntur haec: τὰ δε πρὸς ἀυτῷ ἐσι τῷ τοῦ πόντου μυχῷ, ἤτοι τοῦ ἐυξείνου, περὶ ὧν διὰ τί τηνδαριδαὶ λέγονται, ἀνωτέρω ἔιρηται. Et sic usque ad finem: βάρβαρα ὀνόματα. Id quod in editione habetur p. 105. Et pag. 107. finis est: ἐπανάληψις γέγονεν. In Msc. post: κασπίης τε καὶ ἐυξείνοιο· τοῦτο μὲν γὰρ haec sequuntur: ὀιεαγαύρους (γρ. ὄις ἀγραύλους) ὧν καθ' ἡσίοδον οὐδὲ τὸ κατὰ ληναιῶνα. Quod in editione est p. 103. Et sic usque ad huius finem p. 105. post: ἡ τηνδαριδῶν δὲ χώρα, sequitur in Msc. ἣν ἀλέξανδρος ἔιλε πολλῇ σπουδῇ τῶν μακεδόνων. Quod in editione occurrit p. 111. Et sic usque ad huius finem p. 113. post: ξενόφων δὲ σέατι δελφίνων in Msc. haec sunt: τοιαῦτα ἐκείνοις ἂν μέλοιτο, ἂν κατὰ χώραν ὀικοῦσιν. Quod in editione est p. 101. Et sic usque ad huius finem p. 102. post: τοιοῦτον δὲ ἐφάνη πρὸ τούτων, sequitur in Msc. ἀποδιζώου, ὡς τοῦ ἑτέρου ποδὸς χαλκοῦ ὄντος κατὰ τὸν μῦθον. Quod in editione legitur p. 109. Et sic usque ad huius finem. Haec sufficiunt.

Codex XL.

Chartaceus, charta crassa et laevigata, atramento pallido, titulis et initialibus rubricatis, charactere

eleganti, in foliis 553. mutilus, Saec. XVI. exaratus, optime conservatus et inscriptus.

Σύνταγμα τῶν κατὰ τὴν ἐν νικαίᾳ ἁγίαν σύνοδον πραχθέντων.	Volumen actorum concilii Nicaeni.
A. τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν.	T. διαφυλάξει, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ.

†. Quemadmodum in hoc, sic et in aliis Msc. quibusdam Gelasii Cycizeni, qui haec acta collegit, nomen omissum est. Hinc Balforeus sine auctoris nomine ea edere constituit. Sed ex alio codice, et ex Photio recte nomen restituit Morellus. Apud Harduinum extant tom. I. p. 346 — 462. In vet. catal. auctoris nomen reticetur.

φύλ. οη.	Fol. 78.
Τὰ δὲ ἐστιν ἐν τῇ βίβλῳ τὰ πρὸ τῆς τρίτης συνόδου, τὰ κατὰ τοῦ νεστορίου παρανομουθήσαντα κεφάλαια. τοῦ ἁγίου κυρίλλου ἐπιστολή.	Haec insunt libro capita iuxta sequentia contra Nestorium ante tertiam synodum. — Sancti Cyrilli epistola.
A. Ἀφίκοντο μέν τινες.	T. ἐστι μετ' ἐκείνην οὐκ ἀσφαλὲς.

†. Sunt haec acta tertii concilii generalis Ephesini primi contra Nestorium coacti capp. CXXIX. comprehensa, quorum index praemissus est. Cum verò capitum ordo diversus sit ab edito, latine datum hic exhibebo.

1. S. Cyrilli epistola ad monachos.
2. Eiusdem epistola ad Nestorium.
3. Nestorii epistola ad Cyrillum.
4. Cyrilli ad Nestorium epistola.
5. Nestorii epistola ad Cyrillum.

6. Cyrilli ad Nestorium epistola.
7. Eiusdem allocutio ad Theodosium Imp.
8. Theodosius Imp. ad Cyrillum episc.
9. Epistola Coelestini ad Cyrillum.
10. Eiusdem epistola ad Nestorium.
11. Coelestini ad presbyteros, diaconos etc.
12. Eiusdem epistola ad Ioan. episc. Antioch.
13. Cyrilli epistola ad eundem Ioannem.
14. Exemplar epistolae Ioan. ad Nestorium.
15. Epistola Cyrilli ad Iuvenalium Hieros.
16. Epistola Cyrilli ad Acacium.
17. Epistola Acacii ad Cyrillum.
18. Contestatio cleri Constant. contra Nestorium.
19. Homilia Procli episcopi.
20. Cyrilli ad accusatores suos apologia.
21. Eiusdem.
22. Eiusdem.
23. Exemplum sacrae ad Acacium et Symeonem.
24. Sacra ad Cyrillum, aliosque episcopos.
25. Cyrilli epistola ad populum Alexandrinum.
26. Eiusdem 2da epistola Epheso missa.
27. Eiusdem 3tia de synodo.
28. Eiusdem 4ta de Nestorii depositione.
29. Sacra omnibus in Epheso missa.
30. Post sacram lectam acta SS. PP. etc.
31. Nomina episcoporum in synodo.
32. Expositio Petri Alex. et Notarii de Nestorii homiliis.
33. Sermo Iuvenalii de lectione literarum divinarum.
34. Postulatio Firmi et responsio Memnonis.
35. Theodoti episc. Ancyr. petitio.

36. Responsio episcoporum ad Nestorium missorum.
37. Petitio Flaviani Episc. Philip.
38. Responsio Episcoporum ad secundam vocationem.
39. Petitio eiusdem, ut vocetur.
40. Responsio episcoporum ad tertiam vocationem.
41. Sermo Iuvenalii de tribus Nestorii citationibus.
42. Doctrina Petri presb. et sermo Acacii.
43. Responsiones omnium episcoporum de Cyrilli epist.
44. Sermo Palladii de legenda Nestorii epistola.
45. Responsiones omnium episcoporum de hac epist.
46. Episcoporum acclamationes contra Nestorium.
47. Sermo Iuvenalii de legenda Coelestini epistola.
48. Responsiones episcoporum de Nestorii epistolis.
49. Sermo Phidi de blasphemiis Nestorii.
50. Sermo Cyrilli de iisdem blasphemiis.
51. Responsiones Theodoti et Acacii de iisdem.
52. Propositum Petri de testimoniis SS. PP.
53. Quando Charisius accessit ad synodum etc.
54. Libelli exhibiti a Charisio presb.
55. Exemplum propositionis symboli etc.
56. Concilii decretum de symbolo.
57. Petitio Petri et Flaviani.
58. Admonitio Petri de epistola Capreoli.
59. Sententia synodi contra Nestorium.

60. Depositio.
61. Homilia Rhegini post depositionem.
62. Homilia Theodoti lecta Ephesi.
63. Eiusdem in Christi nativitatem.
64. Eiusdem in die nativitatis domini dicta.
65. Acacii episc. Melit. homilia Ephesi dicta.
66. Homilia Cyrilli, cum synaxes peragerentur.
67. Eiusdem in die S. Evangelistae.
68. Eiusdem Ephesi.
69. Eiusdem contra Ioannem.
70. Eiusdem, priusquam a comite comprehenderetur.
71. Eiusdem ad Nestorium, septem ad S. Mariam descendentibus.
72. Relatio ad Imperatores de Nestorii depositione.
73. Relatio ad Cœlestinum R. P.
74. Exemplum literarum imperatoriarum.
75. Exemplum relationis synodi.
76. Exemplum epistolae synodi ad clerum etc.
77. Exemplum epistolae cleri Constantinop.
78. Libelli traditi a Cyrillo et Memnone.
79. Postulatio Iuvenalii de libellorum lectione.
80. Responsiones episcoporum missorum ad Ioannem.
81. Synodi pronuntiatio contra acta Ioannis et Memnonis.
82. Epistola synodi ad Presbyteros etc.
83. Exemplum relationis.
84. Exemplum sacrae missae a Ioanne comite sacrarum.
85. Exemplum relationis synodi ad sacram.

86. Mandatum ad missos Constantinopolin.
87. Exemplum mandati.
88. Epistola Ioannis sociorumque ad Ruffum.
89. Exemplum epistolae ad S. synodum.
90. Exemplum epistolae synodi ad episcopos.
91. Exemplum epistolae Cyrilli ad clerum Constant.
92. Exemplum epistolae Memnonis ad eundum clerum.
93. Relatio de subscriptione imperatorum.
94. Ad clerum Constantinop. a synodo.
95. Supplicatio eiusdem cleri ad imperatorem.
96. Epistola Cyrilli ad Theopemptum etc.
97. Exemplum commentarii actorum etc.
98. Exemplum relationis ad imperatores.
99. Exemplum relationis per Iuvenalium etc.
100. Decretum imperatorium proscribens Nestorium.
101. Exemplum interpretationis decreti.
102. Exemplum divinae legis.
103. Edictum praefectorum.
104. Epistola synodica scripta Constantinopoli.
105. Epistola Maximiani ad Cyrillum.
106. Epistola Cyrilli ad Maximianum.
107. Epistola Alypii ad Cyrillum.
108. Cyrilli ad Alypium.
109. Cyrilli apologeticus ad Theodosium imp.
110. Eiusdem ad Valerianum.
111. Exemplum sacrae missae per Aristolaum.
112. Sacra missa ad Acacium.
113. Libellus traditus Cyrillo a Paulo Emeseno.
114. Epistola Ioan. Antioch. ad Cyrillum.

115. Homilia Pauli Emeseni lecta 25 Dec.
116. Eiusdem homilia de incarnatione Christi.
117. Cyrilli de Paulo Emeseno.
118. Epistola Cyrilli ad Ioan. Antioch.
119. Eiusdem epistola ad Acacium.
120. Eiusdem ad Donatum.
121. Ioannis sociorumque epistola ad Xystum etc.
122. Cyrilli ad Maximianum.
123. Eiusdem ad Eulogium episc.
124. Eiusdem ad Ioannem et ad synodum.
125. Eiusdem ad Acacium de Capro emissario.
126. Eiusdem in symbolum.
127. Lex imperatoria de confugientibus ad ecclesiam.
128. Exemplum sacrae Theodosii contra Porphyrium.
129. Edictum praefectorum contra Porphyrium.

Tot quidem capita in indice praemisso occurrunt. In codice verò ultimus est CXIX, reliquis desideratis. Praeterea in codice plura, quae differunt, observavi. Sic post cap. XXIII. incipit cap. XXIV. hoc tit. S. Cyrilli epistola ad clerum et populum Constantinopolitanum. Qua finita cap. XXIV. in indice notatum sequitur. — Post cap. XXVIII. incipit cap. XXIX hoc tit. Epistola Ioannis episcopi Antioch. ad Cyrillum. οὐδὲ ἐμὲ μετρίως, apud Harduinum tom. I. p. 1347. — Inter cap. XXXIV. et XXXV. alius adhuc titulus legitur. Cyrillus episcopus Alexandrinus dixit etc. — In cap. XXXV. loco Theodoti legitur Theodori. — Post cap. LXXXVII. sequitur in codice cap. XCVIII. turbato scilicet foliorum ordine.

Φύλ. υλδ.	Fol. 434.
Κυρίλλου ἀναθεματισμὸς τρίτος.	Cyrilli anathematismus tertius.
Α. Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς χριστοῦ.	
Ἀντίῤῥησις τῶν ἀνατολικῶν.	Refutatio orientalium.
Α. πάλιν αὐτὸν τῶν αὐτοῦ.	

†. Sunt anathematismorum tertius, quartus, septimus, octavus, nonus, decimus, undecimus et duodecimus cum refutatione orientalium et apologia Cyrilli, cuius hoc initium: *ὁ θεσπέσιος παῦλος.* Extant verò graece et latine cum versione Marii Mercatoris in eiusdem operibus tom. II. p. 132. Paris. 1673. f. ubi notatur, orientalium obiectiones ab Andrea Samosateno eorum nomine esse scriptas. In veteri catalogo orientalium obiectiones non indicatae sunt, nec earum auctor.

Codex XLI.

Chartaceus, charta laevi, titulis et initialibus miniatis, literis minutis et lisibilibus, in folio, Venetiis a Thoma Demetrio Hyalea exaratus Saec. XVI. foliorum numero 460. collatus cum prototypo suo, probe conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἁγίου κυρίλλου ἀλεξανδρείας εἰς τοὺς προφήτας.	Sancti Cyrilli Alexandrini in prophetas.
Α. Διεσκεύασαι.	*Τ. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τῷ χριστῷ.*

†. Sunt S. Cyrilli Alexandrini commentarii in X prophetas minores, nimirum Abacuc, Mi-

chaeam, Amos, Ioelem, Sophoniam, Malachiam, Nahum, Abdiam, Ionam et Aggaeum. In fine Ioelis nota graeca legitur: *ἰωὴλ ἑρμηνεύεται ἀγαπητὸς κυρίου. ἦ ἀρχὴ. ὗτος ἦν ἐκ τῆς φυλῆς ῥουβὶμ, ἀγροῦ μεθομόρων. ἐν εἰρήνῃ ἀπέθανε καὶ ἐτάφη ἐκεῖ.* Ioel exponitur dilectus Domini aut principium. Hic erat ex tribu Ruben et agro Bethoron. (seu potius urbe Betharan, quae in tribu Ruben est. v. Ioel in Calmeti diction.) In pace mortuus ibique sepultus est. Edidit hos commentarios primum ex bibliotheca Monacensi Iac. Pontanus gr. et lat. Ingolstadii 1607. f. quamvis alio ordine, quàm hic sunt. Confer codd. XVII. XIX.

φύλ. τιε. Fol. 316.

Θεοδωρίτου ἐπισκόπου κύρρου εἰς τὸν μακάριον ὡσηέ.

Theodoreti, episcopi Cyri, commentarius in beatum Oseam.

Α. λόγος κυρίου, ὃς ἐγένετο πρὸς ὡσηὲ κ. τ. λ. ἑρμ. ἔσι μὲν τούτου τῆς προφητείας ἡ προγραφὴ.

Τ. τοῖς δὲ φαύλοις κόλασιν καὶ ἀπώλειαν.

†. Non esse eundem, qui inter prophetas minores XII. in Theodoreti operibus est editus, ex diversitate initii et finis facile intelligitur. Confer Cod. XVII, ubi idem commentarius habetur. In fine notatur: *καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐξισώθη κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἀντίγραμμα, ὃ παλαιότατον ἐτύγχανεν ὄν, διὸ καὶ ἔν τισι τόποις καὶ ὁ μεταγράψας ἀφῆκεν,* etiam iste liber exaequatus est ad ipsius antigraphum, quod cum antiquissimum esset, quibusdam in locis scriptor quid omisit.

Φύλ. τμβ.

Διήγησις ὠφέλιμος τῆς ἐνδοτέρας τῶν αἰθιόπων χώρας, τῆς ἰνδῶν λεγομένης, πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν μετενεχθεῖσα διὰ ἰωάννου ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου μονῆς τοῦ ἁγίου σαβᾶ, βιβλίον ὁ βαρλαὰμ.

A. *Ὅσοι πνεύματι θεοῦ ἄγουνται κ. τ. λ.*

Fol. 342.

Narratio utilis ex interiori Aethiopum seu Indorum regione in sacram urbem translata per Ioannem monachum, virum praeclarum et probum monasterii S. Sabae, liber Barlaam.

T. *μεγαλοσύνῃ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ κ. τ. λ.*

†. Edita gr. et lat. cum versione veteri et Iacobi Billii. Codices manuscripti eam potissimum Ioanni Damasceno tribuunt. Alii autem Ioannis Sinaitae aut Elimaïs esse contendunt. v. Iac. Billii dissertationem editioni praefixam et prolegomena Leonis Allatii praemissa n. XLIV. etc. Horum tamen argumentis insuperhabitis le Quien historiam Damasceni nomine insignitam ab editione sua graeco-latina exclusit. In fine codicis haec leguntur: *ἐτελείωθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ θωμᾶ δημητρίου ὑιαλέας. οἱ ἀναγινώσκοντες τὴν παροῦσαν διήγησιν ταύτην ἔυχεσθαι διὰ τὸν κυρίον, ὅτι ἐισὶν ψυχοφελὴς καὶ σωτήριος λίαν ὑπάρχει ἔγκριτος καὶ ὅσα διασφάλματα ἔυρηται, διορθώσατε. διὸ τίς γράφων παρ' ὁ γράφων; τοῦ ζνη ἔτους ἐτελιώθη* N. H. *ἐν βενετίᾳ ἐγράφη.* Absolutus est praesens liber manu mea Thomae Demetrii Hyaleas, et qui praesentem narrationem legitis, orate per Deum, quoniam perutilis et salutaris valde est iudicata et quoscunque lapsus inveneritis, corrigite. Ideo quis scribens, praeterquàm scribens? Anno 7058. (1550.) absolutus est indictione VIII. Venetiis scriptus. Item *ἐξισώθη καὶ τοῦτο κατὰ τὸ ἑαυτοῦ πρωτότυπον.* Adaequatum

et istud ad prototypum suum. Id adhuc observandum, hic semper Ioasaphum, non Iosaphatum scribi. In inscriptione latina manu Gretseri facta Ioannis Archimandritae legitur. At liquet τὸ $\overset{\chi}{\underset{\alpha}{}}$ significare monachum.

Codex XLII.

Chartaceus, charta solida et laevigata, titulis et initialibus minio distinctis, charactere minuto et nitidissimo, in folio, cum correctionibus marginalibus alterius manus, constans foliis 599, Saec. XVI, optime conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου ἀλεξανδρείας ἐις τὸ τῆς γεννέσεως βιβλίον, ὅτι διὰ πάσης τῆς μωσέως γραφῆς τὸ τοῦ χριςοῦ μυςήριον ἀινειγματῶδες σημαίνεται.

Sancti Patris nostri Cyrilli, archiepiscopi Alexandrini in librum Genesis, quod per omnia Moysis scripta mysterium Christi figurate significetur.

Α. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς τοῖς ἰουδαίων κ. τ. λ.

Τ. ἔθνεσί τε καὶ ἰουδαίοις τὸν κύριον κ. τ. λ.

†. Sunt hi et sequentes commentarii nomine glaphyrorum cum A. Schotti versione editi. In bibliotheca Naniana apud Mingarelli exemplar occurrit hoc titulo: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου ἀλεξανδρείας ἐις τὴν γένεσιν βιβλίον τὸ λεγόμενον γλαφυρὰ· προοίμιον. Initium: διὰ πάσης τῆς μωσέως συγγραφῆς.

φύλ. ρμη. Fol. 148.

Τοῦ αὐτοῦ ἐις τὸ τῆς ἐξόδου βιβλίον.

Eiusdem in librum exodi.

Α. Ἄρτι καὶ μόλις τὸ ἐπὶ τῇ γενέσει βιβλίον.

Τ. τόν τε ἔννατον καὶ δέκατον λόγον τῷ τε κ. τ. λ.

†. Sunt libri tres et quilibet liber in sua capita, seu sermones divisus, capitularia cuilibet libro praemissa, liber I. divisus in cap. IV. quorum ultimum est: *περὶ τῶν διὰ μωυσέως γεγονότων τριῶν σημείων*. Quod in editione in lib. II. positum, liber II. in cap. IV. lib. III. in cap. V.

Φύλ. σια. Fol. 211.

Ἐκ τοῦ λευιτικοῦ ὅτι τὸ χριστοῦ πάθος σωτήριον.	Ex levitico, quod Christi passio salutaris.
A. *ὁ μὲν τῶν ὅλων θεὸς θάνατον.*	T. *ὁ νόμος χριστοῦ μυστήριον, ᾧ ἡ δόξα κ. τ. λ.*

†. Est eiusdem commentarius in leviticum, praemisso capitulario. Quatuor ibi capita recensentur. In decursu verò non nisi primum inveni, post quod statim liber numerorum incipit. At post primum caput libri numerorum quatuor capita ad leviticum pertinentia occurrunt, quibus finitis reliqua numerorum capita sequuntur. Adeoque liber levitici proprie in cap. V. distributus, non in quatuor, uti in capitulario praemisso factum est.

Φύλ. σις. Fol. 216.

Ἀρχὴ τῶν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, περὶ χριστοῦ καὶ τῆς ἰουδαίων συναγωγῆς.	Principium numerorum de Christo et de Iudaeorum synagoga.
A. *Ἀπηνῆ καὶ ἀγροῖκον ἐπὶ χριστὸν.*	T. *ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ, ὅτι κ. τ. λ.*

†. Est eiusdem Cyrilli commentarius in numeros. Prius iam observavi, capita levitici hîc inserta esse, aut errore scriptoris, aut compactoris.

Φύλ. συβ. Fol. 252.

Τὰ δέ εἰσι ἐν τῷ δευτερονομίῳ. περὶ τῆς νευροκοπηθείσης δαμάλεως ἐν τῇ Φάραγγι.

Haec continentur in deuteronomio. De vitula, cuius nervi concisi sunt in valle.

A. πολυμερῶς καὶ πολυτροπῶς.

T. πεπαιδαγώγηκεν ὁ χριστὸς, δι' ὃν κ. τ. λ.

†. Est Cyrilli eiusdem commentarius in deuteronomium, praemisso capitum V. indice, quae, cum in editione differant, hic ponam. Primo supra posito, secundum est: *περὶ τῆς ἀιχμαλώτου ξυρομένης τε καὶ ὀνυχιζομένης γυναικὸς. 3. περὶ τοῦ παρεμβαλόντος εἰς πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς. 4. περὶ τῶν δύο καὶ δέκα λίθων τῶν κεκονιαμένων, πέραν τοῦ Ιορδάνου. 5. περὶ τῆς χειροτονείας Ιησοῦ.*

Φύλ. σξζ. Fol. 167.

Τοῦ μακαρίου θεοδωρίτου ἐπισκόπου Κύρρου προθεωρία εἰς τοὺς ψαλμούς.

Sancti Theodoreti, episcopi Cyri, protheoria in psalmos.

A. Ἐμοὶ μὲν πρὸ τῶν ἄλλων λογίων.

T. τῆς κατὰ μέρος ἑρμηνείας ἀψώμεθα.

Ἑρμηνεία τοῦ ἀ ψαλμοῦ.

Expositio 1. psalmi.

Κειμον. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη.

Ἑρμα. Καὶ ἐντεῦθεν ῥάδιον συνειδεῖν.

†. Theodoreti protheoria et commentarius in CL psalmos, editus gr. et lat. in eius operibus. Paris. 1642. f.

Codex XLIII.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus rubris, literis minutis et nitidis, manu di-

versa, in folio, cum correctionibus marginalibus, foliorum numero 495, Saec. XVI, bene conservatus et inscriptus.

Σύνταγμα τῶν κατὰ τὴν ἐν νικαίᾳ ἁγίαν σύνοδον πραχθέντα.	Collectio actorum concilii Nicaeni.
Α. τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην.	Τ. ὁ θεός σε φυλάξει, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ.

†. In aliis etiam codd. plerumque omissum est nomen Gelasii Cyciceni, qui hanc historiam conscripsit. v. Fabricii tom. VIII. p. 371. Extat apud Harduinum tom. I. p. 346. Cum his tamen differentiis. Primus titulus est: *περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας κωνσαντίνου*, loco cap. I. in editione. — secundus: *περὶ τῶν ὁμοχρόνων βασιλέων, κωνσαντίνου, μαξεντίου καὶ μαξιμίνου. ὁ δὲ ῥουφῖνος.* Quod in capite 1. editionis adhuc legitur. — Tertius: *περὶ τῆς τυραννίδος μαξεντίου. κωνσαντῖνος οὖν.* Quod est cap. 2. in editione. — p. 430. in editione titulus est: *περὶ εὐνούχων ἀποκοψάντων ἑαυτούς.* In Msc. autem: *περὶ τῶν ἀποκοπτόντων καὶ εὐνουχισάντων ἑαυτούς.* — p. 434. in editione legitur: *περὶ τῶν παυόντων.* Quod in nostro codice legitur: *περὶ τῶν πταιόντων.*

Φύλ. ϟθ. Fol. 99.

Τὰ πρὸ τῆς τρίτης συνόδου τὰ κατὰ τοῦ νεσορίου παρακολουθήσαντα κεφάλαια. τοῦ ἁγίου κυρίλλου ἐπιστολή.	Ante tertiam synodum contra Nestorium iuxta sequentia capita. Sancti Cyrilli epistola.
Α. Ἀφίκοντο μέν τινες κατὰ τὸ ἐιωθὸς.	Τ. ἔτι μετ' ἐκείνην οὐκ ἀσφαλὲς.

†. Sunt acta concilii tertii generalis, Ephesini primi. Ordo prorsus idem, qui est in cod. XL. Praemissus idem index capp. CXXIX. Codex verò desinit in cap. CXIX. reliqua desunt. Ordo foliorum hic non est turbatus. Caetera sunt, ut in codice XL, quem consule.

Φύλ. υλ. Fol. 430.

Τοῦ σοφωτάτου κυρίου γεωργίου τοῦ σχολαρίου ὑπὲρ εἰρήνης καὶ βοηθείας τῇ πατρίδι παράκλησις ἐν Φλορεντίᾳ πρὸς τὴν ἀνατολικὴν σύνοδον.

Sapientissimi Domini Georgii Scholarii de pace ferendoque patriae auxilio adhortatio ad synodum orientalem Florentiae.

Α. Οὔτε σιωπᾶν λοιπὸν οἶμαι δεῖν.

Τ. ἀνθρώπων πέφυκεν νόμος.

†. Extat cum sequentibus apud Harduin. tom. IX. p. 445. gr. et lat. interprete Ioh. M. Caryophillo. Pauca solum initii in nostro Msc. desunt.

Φύλ. υλζ. Fol. 437.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐν Φλορεντίᾳ σύνοδον ὑπὲρ εἰρήνης, ὅτι δογματικὴν ἕνωσιν δεῖ ποιεῖν, οὐκ εἰρήνην οἰκονομικὴν, ὥς τινες βούλονται καὶ τίς ἐστὶν αὕτη.

Eiusdem ad synodum Florentinam de pace, quod facienda sit unio dogmatica et non pax oeconomica, ut quidam volunt, et quaenam sit illa.

Α. παρακαλεῖν μὲν ἐπὶ τὴν εἰρήνην.

Τ. αὐτὸ καταπράξασθαι.

Φύλ. νν. Fol. 450.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος β̄, ἐν ᾧ ἀναιρεῖται τὰ κωλύματα τῆς τοιαύτης εἰρήνης.

Eiusdem oratio secunda, in qua eiusmodi pacis impedimenta tolluntur.

Α. πρῶτον μέν, ὦ πατέρες σεβάσμιοι.

Τ. καὶ λυσιτελέσερα ψηφεῖσθαι.

Φύλ. υξε. Fol. 465.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος γ̄, ἐν ᾧ τίθεται τὰ ποιήσοντα τὴν τοιαύτην εἰρήνην.

Eiusdem oratio tertia, in qua exponuntur ea, quibus talis pax fieri possit.

Α. Ἃ μὲν τοίνυν νενόμικα τῶν τῆς.

Τ. ἑκατέρου θεὸν ἡγεμόνα λαβόντας.

Φύλ. υπδ. Fol. 484.

Ἐπιστολὴ νικολάου πέμπτου πάπα ῥώμης πρὸς κωνσαντῖνον βασιλέα ῥωμαίων, ἐκ τῆς λατίνων μεθερμηνευθεῖσα φωνῆς ὑπὸ θεοδώρου τοῦ γαζῆ.

Epistola Nicolai quinti, pontificis Romani, ad Constantinum, Romanorum imperatorem, ex latina lingua graece versa a Theodoro Gaza.

Α. Ἀνδρόνικον βρυένιον λεόνταριν.

Τ. φανῆναι παντάπασιν.

Φύλ. υπη. Fol. 488.

Ἑτέρα ἐπιστολὴ τοῦ νικαίας βησσαρίωνος πρὸς γραικούς.

Alia epistola Nicaeae Bessarionis ad Graecos.

Α. ἐβουλόμην μὲν ἂν ἐν θεῷ.

Τ. τέλους εὐτυχέως ἐπιτυχόντες.

†. Extat cum duplici versione Bessarionis ipsius et altera Arcudii, notisque gr. et lat. in opu-

sculis Arcudii aureis, uti et Nicolai V. epistola praecedens. Cum verò mihi ad manus non sint, notam, si fors ibi non sit, hîc addam. Est verò: *ἐδώθη ἐν ὀυιτερβίῳ πρὸ ἕξ καλανδῶν ἰουν. ἔτει ἀπὸ χριστοῦ ἀυξγ. σφραγισθεῖσα διὰ τῆς πατριαρχικῆς μολυβδίνης σφραγίδος ἀπουσίαν τῆ καρδιναλικῆ ἡμῶν σφραγίδι. διὰ δὲ ἀσφάλειαν πλείονα, ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ πλασήν τε καὶ μὴ ἡμετέραν τὴν ἐπιστολὴν ταύτην εἶναι, ἐπεὶ μὴ ἐυρεθέντος μεμβράνου διὰ τὸν τόπον ἐγράφη ἐν βαμβακίνοις ἐῤῥαμμένοις, αὐτάς τε τὰς ῥαφὰς εἰς τρεῖς τόπους ἐσφραγισάμεθα ἔν τε τοῖς ἄκροις δηλαδὴ καὶ κατὰ τὸ μέσον. καὶ ταῦτα τὰ ἀπὸ τοῦ ἐδόθη ἐν ὀυιτερβίῳ μέχρι τῶν δε οἰκείᾳ χειρὶ γεγραφότες ἔτι καὶ ὑπεγράψαμεν. βησσαρίων κ. τ. λ.* Huic subiecta alia: *κάλλιον μετεγράφη ἢ εἶχε τὸ πρωτότυπον*, prototypo melius est transscriptum.

Codex XLIV.

Membranaceus, membrana molli, tenui et valde maculata, atramento flavo, titulis miniatis, initialibus colore vario pictis, cum figuris, charactere maiusculo et eleganti, duabus columnis, in folio, foliorum numero 220, Saec. X, ut videtur, initio et in fine male conservatus, inscriptus.

Εἰς τὸ· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ὀυρανὸν καὶ τὴν γῆν. — In illud: Principio fecit Deus coelum et terram.

Α. πολλῆς σήμερον πληροῦμαι. — *Τ. φιλανθρωπίᾳ ἀξιώθωμεν, χάριτι κ. τ. λ.*

†. Sunt Ioannis Chrysostomi homiliae XXX in Genesin. Secunda hîc incipit. At duo fines primae et secundae homiliae occurrunt, foliis scilicet homiliae primae et secundae sibi invicem permisti. Homilia XVI. sic desinit: *καὶ δεσπότου φιλαν-*

ϑρωπίαν. ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα νῦν καὶ ἀεὶ κ. τ. λ. In editione plura adhuc sequuntur post φιλανθρωπίαν. — Homilia XVII. hunc finem habet: καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη χάριτι κ. τ. λ. In editione alia adhuc addita sunt. In veteri catalogo earum auctor reticetur.

Codex XLV.

Chartaceus, charta crassa et laevi, titulis et initialibus miniatis, literis minutis et elegantibus, manu diversa, cum correctionibus et notis marginalibus, in fol., habens folia 398, Saec. XVI, optime conservatus et inscriptus.

Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ ϑείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν, ἤτοι μερικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατρῶν πονηϑεῖσα ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ ζωναρᾷ τῷ γεγονότι δρουγγαρίῳ τῆς βίγλας καὶ πρωτασεκρέτοις.

Expositio sacrorum et divinorum canonum, tam sanctorum et venerandorum apostolorum, quàm sacrarum et oecumenicarum, sed et localium seu particularium reliquorumque sanctorum Patrum, labore Ioannis Zonarae, monachi, quondam Drungarii vigiliae et protosecretarii.

A. Ἡ δήλωσις τῶν λογίων σου φωτίει.

T. διάκονοι καὶ ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνῶσαι.

†. Canones sacrorum et divinorum apostolorum LXXX numerantur, concilii Nicaeni XX. concilii secundi VII, tertii VIII, quarti XXX, quinti V, sexti CII, septimi XXI. Post tertii concilii canones sequitur epistola sanctae Ephesinae synodi ad sacram synodum in Pamphylia de Eustathio, ipsorum metropolita, ut occurrit apud Har-

duin. tom. I. p. 1626, cum hac expositione: *ὁ εὐσέβιος, οὗ μέμνηται ἡ ἐπιστολὴ αὕτη κ. τ. λ.* — Post canones concilii VII. eorumque explicationem sequitur epistola Tarasii ad Hadrianum, canones concilii Constantinop. in templo apostolorum I et II illius in templo Sophiae, sub Cypriano, Ancyrani, Neocaesareensis, Gangrensis, Antiochiensium duorum, Laodicensis, Sardicensis, Carthaginensis, epistola synodi ad Bonifacium, Cyrilli ad synodum, Attici ad episcopos Africanos, synodi Africanae ad Coelestinum, acta commentariorum Constantinop. de Agapio et Gabadio. Epistola Dionysii ad Basilidem, canones S. Petri, archiep. Alex. epistola canonica S. Gregorii thaumaturgi, Athanasii epistola ad Ammon monachum, eiusdem ad Ruffinianum, S Basilii ad Amphylochium etc. encyclica Gennadii, quaestiones et responsiones, quaestiones Timothei, canones Theophili, epistola ad Agathonem episc., apostolorum obitus. Catalogus festorum domini, aliaque adhuc, quae nimis longum foret hic ponere. Omisissem etiam horum plura, si Zonarae opus editum habuissem. Integre prodiit in C. Beveregii pandectis canonum, Oxon. 1672. f. — In fine legitur: *Οὐ μόνον, ὡς ἐιχεν τὸ πρωτότυπον αὐτοῦ, ἐξισώθη τὸ παρὸν βιβλίον, ἀλλὰ καὶ ηρεῖττον τι. ἔφθαρτο γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις διὰ τὴν παλαιότητα καὶ ἀμαθίαν τοῦ γράψαντος.— ἰσέον, ὅτι τὸ πρωτότυπον τῆς παρούσης βίβλου ἔιχε καὶ τὰ πρακτικὰ τῶν ἁγίων συνόδων ἐν σύνοψι, ἤτοι ἐν φύλλ. κ. μεταγραφέναι δὲ οὐκ ἦν δυνατὸν, διὰ τὸ εἶναι διεφθαρμένα καὶ ἀπαλειμμένα. οὗ ἡ ἀρχὴ· Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου. δόγματα γὰρ καὶ τὰ ἑξῆς.* Praesens liber ad prototypon non exaequatus modo, sed et emendatus. In multis enim locis ob vetustatem et scriptoris ignorantiam corruptus erat. — Sciendum, prototypon

praesentis libri habuisse etiam practica sacrarum synodorum in synopsi, seu foliis XX; transscribi autem non potuisse, utpote corrupta et obliterata, quorum initium: δεῦτε etc.

Φύλ. τνζ'.	Fol. 357.
Τὸ λοιπὸν τῆς ἐν ἐφέσῳ συνόδου.	Reliqua concilii Ephesini.
Α. Ἃ δὲ γεγράφαμεν ὀρθῶς.	*Τ. ὁ ἐνανθρωπήσας λόγος, ὃν οὖν κ. τ. λ.*

†. Sunt epistolae Cyrilli ad Acacium, eiusdem ad Donatum episcopum, Ioannis Antiocheni ad Xystum etc. Cyrilli ad Maximianum, eiusdem ad Eulogium, eiusdem ad Ioannem Antioch., eiusdem ad Acacium, eiusdem in symbolum, symbolum fidei, scilicet capita CXIX, CXX, CXXI, CXXII, CXXIII, CXXIV, CXXV, CXXVI, eadem prorsus, ut in Cod. XXVII. et quae in Cod. XL deesse dicebantur.

Codex XLVI.

Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus cinnabari exaratis, charactere minuto et lisibili, cum correctionibus et notis marginalibus, in folio, constans foliis 350, Saec. XVI, optime conservatus et inscriptus.

Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν, ἤτοι μερικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων	Expositio sacrorum et divinorum canonum, tam sanctorum et venerandorum apostolorum, quam sacrarum et oecumenicarum synodorum, sed et localium seu parti-

πατρῶν πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ ζωναρᾷ τῷ γεγονότι δρουγγαρίῳ τῆς βιγλᾶς καὶ πρωτασεκρήτοις.

cularium, reliquorumque sanctorum Patrum, labore Ioannis Zonarae monachi, quondam excubiarum Drungarii et Protosecretarii.

A. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτίει.

T. καὶ ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνῶσαι.

†. Non differt a priori, quem pluribus descriptum consule. Eaedem etiam notae, quae in fine prioris positae sunt, hîc in fine occurrunt. Observa, alia esse manu scriptum.

Codex LXVII.

Chartaceus, charta crassa et laevi, charactere minuto et sat eleganti, manu diversa, in folio, Venetiis a Ioanne Naupliensi Murmureo, puta Gregorii sermones, Saec. XVI scriptus. Cum correctionibus et notis marginalibus, numero foliorum 442, probe conservatus et inscriptus.

Γρηγορίου τοῦ νύσσης λόγοι διάφοροι.

Gregorii Nysseni sermones varii.

Περὶ ψυχῆς καὶ ἀνασάσεως.

De anima et resurrectione.

A. Ἐπειδὴ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου.

T. Ἐστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις.

†. Correctiones marginales multae et diversa manu exaratae indicant, cum aliis exemplaribus esse collatum. Notae etiam marginales occurrunt. Editus est hic sermo cum versione Sifanii et Augentii. v. Morellii bibl. gr. et lat. tom. I. p. 67,

Φύλ. μδ. Fol. 44.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ· μὴ δίεσθαι λέγειν τρεῖς θεούς, πρὸς ἀβλάβιον.

A. ὑμᾶς μὲν δίκαιόν ἐστιν.

Eiusdem, non esse putandum dicere tres deos, ad Ablabium.

T. ὀνομάτων μοναδικῶς ἐξαγγέλλεται.

†. Collatus cum alio exemplari et correctus est. Extat verò cum Sifanii versione.

Φύλ. νβ. Fol. 52.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ψαλμῶν.

A. ἐδεξάμην σου τὸ ἐπίταγμα.

Eiusdem de inscriptione psalmorum.

T. καὶ καταφυγή μου καὶ σοι πρέπει κ. τ. λ.

†. Sunt duo libri, quorum primus desinit: ἀποκείμενα ὁ θεῖος ἀπόστολος. Secundus post titulum: ἀπὸ δυδε περὶ τῶν ἐπιγραφῶν ἐξετάζει, incipit: τούτων οὕτως ἡμῖν διευκρινηθέντων. Editi autem sunt ex hac bibliotheca Monacensi cum versione Iac. Gretseri Ingolst. 1600— 1617. 4.

Φύλ. ρκ. Fol. 120.

Τοῦ αὐτοῦ ἱερίῳ περὶ τῶν πρὸ ὥρας ἁναρπαζομένων παιδίων.

A. σοί μὲν, ὦ ἄριστε πάντες.

Eiusdem epistola ad Hierium de infantibus praemature abreptis.

T. τοῦ θεοῦ προμηθείας ἀνάξιον.

†. Supra titulum priorem alius adhuc eadem manu exaratus est: εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν ψαλμῶν. quasi hîc adhuc de psalmorum inscriptionibus ageretur. Plures correctiones marginales occurrunt, eadem, qua priores, manu factae. Extat cum versione Sifanii.

Φύλ. ρλβ. Fol. 132.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ κατὰ θεὸν σκοποῦ καὶ τῆς κατ' ἀλήθειαν ἀσκήσεως.

Eiusdem de scopo secundum Deum et exercitio spirituali secundum veritatem.

A. Εἴ τις κατὰ θεὸν ἀποσήσας.

T. δοξάζειν πατέρα καὶ υἱον κ. τ. λ.

†. Prodiit separatim cum Morelli versione Paris. 1606. 8. sed hoc tit. ὑποτύπωσις, seu summaria descriptio veri scopi vitae asceticae, hoc initio: εἴ τις σμικρὸν ἀποσήσας.

Φύλ. ρμη. Fol. 148.

Τοῦ αὐτοῦ προτρεπτικὸς περὶ μετανοίας.

Eiusdem adhortatio de poenitentia.

A. Ἀνὴρ Φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως.

T. οἱ γείτονες χαρὰν τὴν χῷ κ. τ. λ.

†. Prodiit cum versione Fr. Zini hoc tit. In mulierem peccatricem, sive ad eos, qui durius alios iudicant et conversione indigent. Haec verò homilia non Gregorii Nysseni, sed Asterii Amaseni est. Huic Photius eam tribuit, locum proferens cod. 271.

Φύλ. ρνε. Fol. 155.

Τοῦ αὐτοῦ κατὰ εἱμαρμένης.

Eiusdem contra fatum.

A. Μέμνησαι πάντας, ὅτι μοι.

T. ἐξουσίαν μὴ ἀποβλέποντας.

†. Extat cum versione Zini.

Φύλ. ρξη. Fol. 168.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀχθομένους ταῖς ἐπιτιμήσεσιν. Eiusdem ad eos, qui castigationes aegre ferunt.

A. *Θεῖον ἀληθῶς καὶ ἱερὸν χρῆμα.* T. *σκληρότητας καὶ τοὺς παροξυσμούς.*

†. Extat cum versione Gr. Herveti. Graece prodiit Paris. 1570. 8.

Φύλ. ροβ. Fol. 172.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ εὐποιΐας. Eiusdem de beneficentia.

A. *Ὁ τῆς ἐκκλησίας ταύτης.* T. *ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι κ. τ. λ.*

†. Prodiit cum Zini versione, cuius cum versione Gretserus primus graece e codice caesareo vulgavit. Alias titulus latinus est: de pauperibus charitate complectendis. In vet. catal. omissa est.

Φύλ. ροη. Fol. 178.

Πρὸς εὐσάθιον περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. Eiusdem ad Eustathium de S. Trinitate.

A. *ἔσι μὲν καὶ πᾶσιν ὑμῖν.* T. *παρασατικοῦ ταύτης ὀνόματι.*

†. Extat cum versione Sifanii a Morello recognita. Inter epistolas etiam S. Basilii legitur. At Euthymius in panoplia eam citat sub nomine Gregorii Nysseni, cui proin rectius vindicatur. Cum alio exemplari hoc collatum fuisse, correctiones marginales indicant.

Φύλ. ρπγ. Fol. 183.

Πρὸς εὐσάθιον περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. Ad Eustathium de sancta trinitate.

Σιμπλικίῳ τριβούνῳ γρηγόριος περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.

Ad Simplicium tribunum Gregorius de patre et filio et spiritu sancto.

A. κελεύει ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφητοῦ.

T. εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

†. Primus titulus ad finem prioris homiliae est reiiciendus. Verus est πρὸς σιμπλίκιον περὶ πίστεως, ad Simplicium de fide. Extat cum versione Sifanii et notis Ducaei Fontonis.

φύλ. ρπς. Fol. 186.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἁρμόνιον περὶ τοῦ τί τὸ χρισιανῶν ὄνομα, ἢ τὸ ἐπάγγελμα.

Eiusdem ad Harmonium, quid nomen vel professio Christianorum sit.

A. Ὅπερ ποιοῦσιν πρὸς τοὺς πρατοῦντας.

T. καὶ ἡμῖν καταθύμιον.

†. Extat cum versione Sifanii et Maximi Margunii.

φύλ. ρϐαι Fol. 191.

Τοῦ αὐτοῦ κατὰ τῶν τοκιζόντων.

Eiusdem contra foeneratores.

A. τῶν φιλαρέτων ἀνθρώπων.

T. ποιησάμενος λόγον.

†. Extat cum versione Iac. Gretseri.

(Die Fortsetzung folgt.)

II. Aus-

II.

Auszug aus den Annalen der baierischen Kapuzinerprovinz vom Jahre 1778 bis auf das Jahr 1798.

1780. — p. 54. Directorium in utraque hac domo (Dorfen) priori anno in se suscepit reverendissimus ac gratiosus DD. L. B. de Lehrbach, Canonicus cathedralis ecclesiae Frisingensis et Parochus in Wambach prope Neofraunhovium, antea Societatis alumnus, Religiosis reliquis tam parum addictus, ut nullum Religiosum collectorem hospitio recipiat. Altefatus hic proxime elapso mense Decembri P. Guardiano Erdingano per literas intimari fecit, quod celsissimus Princeps et Episcopus Frisingensis statuerit, labores spirituales a Capucinis usque modo Dorfii peractos inposterum a Clericis saecularibus esse peragendos, adeoque Capucinos ibidem non amplius esse necessarios. Vix innotuit isthoc oppidanis, cum ecce plures reclamare coeperunt Capucinorum dimissionem: inventi tamen sunt aliqui Clero saeculari adhaerentes, sicque inter eos ipsos, qui paulo ante semper unanimes Capucinis favebant, schisma erat. Quisnam autem quorundam animos à Capucinis averterit, non satis liquet: non tamen temeraria

erit suspicio, si quis huiusmodi ab Exjesuitis praeventos suspicatus fuerit.

---

p. 56. – – Certe Ecclesia et totum Monasterium arsisset, antequam ab hominibus auxilium adferri potuisset et ita arsisset, ut nulla humana ope extingui valuisset. Et quis dein Monasterium e cineribus iterum excitasset? probabilius mansisset desolatum, prout nobis quidam viri rerum intelligentes praesagiebant, dicentes: mei boni Capucini! Agite Deo gratias, quod Monasterium vestrum a flammis non sit devoratum; moderno enim tempore non possetis habere spem obtinendi licentiam, vestrum Monasterium reaedificandi; sunt enim multi et etiam aliqui ex iis ipsis, qui ad clavum sedent, qui continuo conqueruntur contra excessivum, ut ipsis videtur, numerum tam Religiosorum, quam Monasteriorum, praesertim Monachii existentium, qui certe omnem conatum adhibuissent, impediendi reaedificationem huius vestri Monasterii. ——

1781. p. 69. Sat acerba fata, quae a retroactis aliquot annis non solum rebus, personisque monasticis, sed et ipsi Ecclesiae Capiti summo Pontifici sustinenda erant, praesens annus non tantum non mitigavit, sed potius multo acerbiora reddidit, praesertim in ditionibus augustissimo Imperatori Iosepho II. subiectis, magnam Germaniae, nec modicam etiam Italiae partem complectentibus; in his namque varia decreta caesarea religionem, remque ecclesiasticam

spectantia promulgata sunt. Primum, circa finem mensis Martii editum, tangebat Regulares, praesertim Mendicantes exemtos, quo eisdem imperabatur, ut omnia Monasteria extra ditiones Austriacas existentia, hucusque tamen provinciis Austriacis incorporata illico dimittantur: et si forte extraneae cuidam Provinciae quidam conventus Austriaci essent incorporati, hi pariter ab illa separentur, ut inposterum Provinciae Austriacae solum conventus caesareae ditionis, Provinciae vero extraneae nullum eiusmodi conventum comprehendant; sicque nexus omnis, excepto eo, quem habuere quoad suffragia et preces, cum extraneis Monasteriis, domibus ac communitatibus religiosis omnino tollatur. In eodem decreto Regularibus prohibebatur omnis recursus ad suos Patres Generales extra caesareas ditiones residentes, hisque interdicebatur omne exercitium potestatis et superioritatis, tam in spiritualibus, quam in disciplinaribus, quod usque modo in Religiosos Austriacos habuerunt: adeoque per hoc decretum abrogatam voluit Imperator omnem exemtionem Religiosorum Austriacorum a jurisdictione PP. Generalium; concessit tamen, ut Religiosi alias exemti regantur a suis Provincialibus, ita tamen, ut hi dependeant a locorum Ordinariis, ac saecularibus provinciarum suarum Guberniis.

Alterum decretum circa idem tempus publicatum prohibebat, ne ullae ordinationes pontificiae sive in forma bullae, brevis, decreti, constitutionis, sive in quacunque alia

forma, tam in materia ecclesiastica aut disciplinari, quam dogmatica expeditae; item collationes beneficiorum, pensionum, honorum, potestatis aut iurium pro personis singularibus, aut saecularisatio Professi cuiusdam Ordinis robur habeant et promulgentur, donec desuper obtentum fuerit placitum regium.

Haud multo post aliud emanavit decretum caesareum, quo prohibebatur, ne dispensationes in impedimentis matrimonii, aliaeque gratiae alias a summa sede concedi solitae Roma petantur, sed ab Episcopis dioecesanis, quibus in propria cuiusvis dioecesi eandem potestatem competere autumat Imperator, quam summus Pontifex in universa Ecclesia habet.

Iubebatur insuper, ut ex omnibus ritualibus dioecesanis folia bullam coenae et unigenitus continentia scindantur et dilacerentur, quod et a commissariis ad id deputatis ad amussim observatum fuit.

Iam cuilibet coniecturandum relinquitur, quam graviter per haec decreta sauciatum fuerit cor Romani Pontificis, cui Christus ipse tanquam suo in terris vicario et visibili totius Ecclesiae Capiti posteriori potestatem supremam non tantum in omnes fideles, sed et in ipsos Episcopos dedit, dum eidem et agnos et oves, i. e. Episcopos pascendos commisit.

Verum super dolorem vulnerum ipsius additum fuit per aliud decretum caesareum, 15 Octobris editum et paulo post promulgatum, vi cuius acatholicis augustanae et helveticae

†. In bibliotheca Taurinensi quoque epistolae XXXII. numerantur sine titulis et inscriptione. At in bibliotheca Coisliniana viginti tres, quae ibi asservantur, fere omnes suis distinctae titulis sunt. In bibliotheca quoque Parisiensi Msc. reperiuntur. In fine harum epistolarum nomen scriptoris in monocondilio sic legitur: Νικόλος ἐξ ἄρτης καὶ αὐλώνης ἔγραψα, Nicolus ex Arta et Aulona scripsi. In veteri catalogo numerus epistolarum non est assignatus.

(Die Fortsetzung folgt.)

II. Nach-

II.

Nachrichten und Auszüge von einer in der Hofbibliothek befindlichen wichtigen Handschrift zur geheimen Geschichte der Päpste.

Jeder Historiker kennt die von Leibniz herausgegebenen Bruchstücke aus dem Tagebuch des päpstlichen Ceremonienmeisters Burkard. Leibniz hielt das Werk selbst für verloren. Nach ihm war Eccard so glücklich, in der königlichen Bibliothek zu Berlin eine Handschrift zu entdecken, welche einen grossen Theil des Burkardischen Tagebuchs enthielt. So sehr sie auch verschrieben, verbunden und verstümmelt war, musste man ihm doch Dank wissen, dass er sie (in s. corp. hist. medii aevi t. II.) öffentlich bekannt machte.

Er äusserte bey dieser Gelegenheit den Wunsch, dass Jemand das ganze Werk Burkards de ceremoniis curiae romanae auffinden, und dem Publikum mittheilen möchte. Doch sezt er hinzu (in praefat. ad t. II.):

> „vix aliqua spes huius nostri voti adest; latet illud opus in archivo Vaticani aeternumque latebit.“

Der Fortsetzer des Baronius, Rainaldus, beruft sich öfters auf dieses Werk, unter andern (ad a. 1484. §. 28.) bey der Erzählung, dass die Kardinäle bey Erwählung des Papsts Innocenz des VII. einige geheime Bedingnisse zu ihrem Vortheile festsezten.

Dieses Werk nun, das schon so lange die Neugierde der Geschichtschreiber rege machte, das

man nur in dem geheimen Archive des päpstlichen Hofes verwahrt glaubte, und dessen Geheimnisse man nie erfahren zu können befürchtete — befindet sich in einer wohlbeglaubten Abschrift bis auf einige Monate vollständig in der churfürstl. Bibliothek zu München. Es führt den Titel:

Ioannis Burcardi et aliorum diaria ceremoniarum curiae romanae,

und besteht aus 11 Foliobänden, in welchen die Ceremonien und alle merkwürdigen Begebenheiten des römischen Hofes, vom Iahre 1484 bis zum Iahre 1538. folglich von den Päpsten Sixtus IV, Innocenz VIII, Alexander VI, Pius III, Hadrian VI, Klemens VII und Paul III. genau und ausführlich erzählt sind. Es fehlen hiebey nur der Iunius bis Dezember des ersten, und der März bis August des lezten Regierungsjahres Alexanders VI. Von seinem Tode und Begräbniss aber ist die Beschreibung noch vorhanden. Vergleicht man den von Eccard herausgegebenen Theil des Diariums mit unserer Handschrift, so sieht man, dass der von ihm benüzte Kodex nur ein Auszug ist, den irgend ein Gelehrter in der Eile aus einem der vielen Bände des Originals zusammengeschrieben hat.

Unser Exemplar ist eigenhändig von dem bekannten Onuphrius Panvinius geschrieben, welcher am römischen Hofe in grossem Ansehen stand, und freyen Zutritt ins Archiv hatte. Seine Randglossen sind sehr charakteristisch, und ich werde in der Folge einige derselben mittheilen.

Er eignete das ganze Werk dem berühmten Iakob Fugger zu, und mit dessen Bibliothek kam es in die hiesige Hofbibliothek. Es befinden sich dabey noch von seiner Hand 3 Bände Ritual- und

Ceremonienbücher, und 7 Bände de Creatione romanorum Pontificum cum epitome eiusdem operis, ebenfalls noch ungedruckt, obgleich Löcher dieselben unter den gedruckten Werken des Panvinius anführt; endlich 6 Bände mit den Bildnissen und Wappen der Päpste und Kardinäle.

Ich werde zuerst die Innhaltsanzeige, und dann die Zueignungsschrift nebst einigen der wichtigsten Stellen des Werkes selbst hier mittheilen. Bey leztern mache ich den Anfang mit der geheimen Uebereinkunft der Kardinäle vor der Erwählung Innocentii VIII. 2) Dem Verzeichniss der in der Engelsburg aufbewahrten Urkunden. 3) Der Biographie des Iak. Amanti. Ich war im Begriff die von Platina verfasste, in keiner Ausgabe seines Werks befindliche Vitam Sixti IV. beydrucken zu lassen, weil ich sie für ungedruckt hielt. In diesen Irrthum führte mich der Index zu Muratori Script. rer. ital. wo unter dem Namen Platina und Sacchi keine Anzeige davon steht, obwohl die Biographie selbst in der Muratorischen Sammlung abgedruckt ist. Der Index schreibt sie einem Ungenannten zu, da doch in der Vorrede des Panvinius, welche Muratori mit hat abdrucken lassen, Sacchi deutlich als der Verfasser genannt wird.

I. Onuphrii Panvinii Veronensis in totum opus praefatio. Fol. 3.

II. De missarum vel missae et liturgiae vocibus, quibus corporis sanguinisque Domini nostri Iesu Christi Sacramentum a Latinis Graecisque significatur. Fol. 9.

III. Ritus, quibus Iudaei celebrioribus festis inter convivandum ex maiorum institutione olim utebantur, quos Christus aliqua ex parte in coena sua, praesertim ut a sancto Luca describitur, observasse videtur. Fol. 14.

IV. Missarum sive sacri convivii mysteria, qua ratione D. N. Iesus Christus primum, deinde post eum Apostoli celebrarunt. Fol. 15.

V. Ritus sacrae communionis eiusque caeremoniarum descriptus a sancto Iustino philosopho et martyre, qui olim anno salutis centesimo quinquagesimo die dominico a Christianis Romae celebrari solebat ex eiusdem apologia secunda exceptus. Fol. 16.

VI. De Sacrificio ecclesiae Christi et Clementis Alexandrini, qui ducentesimo a Christi natali anno vixit, stromatum libro septimo excerpta. Fol. 17.

VII. Qua ratione sacri conventus Tertulliani aetate haberi solebant, ex eiusdem apologetico et aliis libris divique Cypriani operibus descriptis. Fol. 18.

VIII. Descriptio synaxeos sive sacrae communionis circa tercentesimum Domini annum apud Christianos fieri solitae ex Dionysii ecclesiastica Hierarchia sumpta. Fol. 20.

IX. Codex Gelasianus de ordine processionis ad ecclesiam sive ad missam secundum ritum S. R.

E. a. D. Gregorio papa reformatus. Denunciata statione. Fol. 22.

X. Romanus ordo, qualiter celebrandum sit officium missae, circa tempora Caroli Magni Imperatoris in S. R. E. usurpatus. Primo omnium. Fol. 29.

XI. Romanus ordo alius, superiori similis et per eadem tempora usurpatus, qua ratione solennis missa in Romana ecclesia celebraretur. Primum omnium. Fol. 35.

XII. Ordo Romanus tertius ex duobus supra relatis concinnatus de officio Missae in Romana ecclesia ante octingentos annos asservari solitus. Primum omnium. Fol. 43.

XIII. Ordo, processionis, quem diebus festis episcopus missam publicam celebrare constituens servare solebat in occidentali ecclesia antiquitus usurpatus postquam. Fol. 51.

XIV. Micrologus, sive ordo missae secundum usum S. R. E. ante quingentos annos frequentatus. Presbyter. Fol. 56.

XV. Interpretatio vocum ecclesiasticarum, quae in supra relatis libris vel obscurae vel barbarae videntur. Fol. 70.

XVI. De stationibus urbis. Fol. 90.

XVII. Centii diaconi cardinalis S. R. E. et camerarii liber ritualis sive caeremonialis ante quadringentos annos in Romana ecclesia frequentatus, cum annotationibus scitu dignissimus. Fol. 102.

XVIII. Omnium missae mysteriorum, quae verbis, vestimentis et ritibus constant, brevis explicatio.

XIX. Liber ritualis vel caeremonialis Avenione usurpatus, tom. 2do.

XX. Liber ritualis vel caeremonialis nostro tempore in Romana ecclesia observatus. Alio tomo.

Rubricae libri caeremoniarum Rom. curiae.

De ministerio episcopi vel presbyteri cardinalis papae missarum solennia celebranti in officio capellani servientis. Rub. Fol. I.

De officio et aliis, quae sunt in die purificationis beatae Mariae, sive papa celebret, sive coram eo celebretur per cardinalem vel alium praelatum. Rub. Fol 2.

Si papa non celebret illo die. Rub. Fol. 4.

De officio cinerum feria quarta in capite ieiunii. Rub. Fol. 5.

De officio diaconi cardinalis, qui isto die debet dicere evangelium. Rub. Fol. 7.

De his, quae fiunt dominicis diebus quadragesimae. Rub. Fol. 9.

De officio quartae dominicae, quae vocatur de rosa. Rub. Fol. 11.

De officio in ramis palmarum. Rub. Fol. 12.

De officio diaconi cardinalis dicturi illo die evangelium. Rub. Fol. 14.

Nota, quando papa facit sermonem. Rub. Fol. 15.

De officio quintae feriae in coena domini. Rub. Fol. 15.

De largitione presbyteri fienda per papam ipso die Iovis. Rub. Fol. 17.

De mandato fiendo ipso die per papam. Rub. Fol. 17.

Quando cardinales comedunt ipso die cum papa. Rub. Fol. 17.

De paramentis, quae portantur ipso die per papam. Rub. Fol. 18.

De ordine sedendi in mensa. Rub. Fol. 18.
De servitoribus papae in mensa. Rub. Fol. 18.
De secunda lotione manuum in coena domini. Rub. Fol 18.
De benedictione mensae et gratiarum actione in coena domini Rub. Fol. 19.
De officio feriae sextae videlicet in parasceve, Rub. Fol. 19.
De officio cardinalis servientis papae in officio capellani ipso die. Rub. Fol. 23.
Ordo officii de sabbato sancto. Fol. 23.
De benedictione cerae. Rub. Fol. 24.
De presbytero cardinali isto die papae servienti in officio capellani. Rub. Fol. 25.
De festo paschae. Rub. Fol. 28.
De communione cardinalis et aliorum clericorum et laicorum. Fol. 28.
De aliquibus, quae fiunt sabbato primo post pascha, quod dicitur in albis. Fol. 30.
De his, quae debent fieri illo die, Rub. Fol. 30.
De festo annunciationis beatae Mariae, quod accidit in XLma. Rub. Fol. 31.
Quomodo socientur legati cardinales, cum vadunt ad legationem sibi commissam. Fol. 50.
Caeremoniae solitae servari in creatione presbyterorum cardinalium, Fol. 51. quando eis committitur titulus episcopalis.
Quid die sabbati servari debeat. Fol. 51.
Quod titulus episcopalis cardinalatus, non committitur, nisi cardinali consecrato primo in episcopum.
De annulis dandis episcopis cardinalibus noviter creatis. Fol. 52.
Quod aliquando papa extra quatuor tempora facit episcopos cardinales. Fol. 52.
De creatione legatorum vel nunciorum. Fol. 53.

Quando cardinalis legatus revertitur. Fol. 54.
Quod legatus cardinalis non recipit de censibus, nec de servitiis praelatorum quousque redivit ad curiam. Fol. 55.
Hic sequitur stilus servandus in electione papae. Fol. 55.
De consecratione electi in summum pontificem. Fol. 57.
De tribus mitris, quibus utitur papa. Fol. 62.
In quibus diebus coram papa fiat sermo. Rub. Fol. 67.
In quibus diebus consueverunt Romani pontifices a consistorio abstinere. Fol. 70.
De diebus consistorii. NB. deficit.
De missis, quae celebrantur in capellis coram cardinalibus. Fol. 74.
Incipit ordo, qualiter summus pontifex apud basilicum S. Petri accedit, debeat consecrari et etiam coronari. Fol. 75.
Quomodo faciunt cardinales et alii praelati, camerarius et alii familiares papae, quando ipse consecratur. Fol. 80.
De coronatione papae extra urbem, et de prima reverentia fienda sibi per cardinales et alios praelatos. Fol. 81.
De mitra imponenda papae per priorem diaconorum cardinalium et de annulo pontificali dando eidem per episcopum cardinalem. Fol. 81.
Ordo processionis ante introitum missae. Fol. 82.
De confessione, quae fit ante altare in introitu missae et orationibus, quae dicuntur super eum prope altare, et de secunda reverentia praelatorum. Fol. 82.
Secundam orationem dicet episcop. Portuensis, vel eius subrogatus S. Sabinenz. Fol. 82.
Tertiam orationem dicet episcop. Ostiensis. Fol. 82.

De secunda reverentia praelatorum. Fol. 83.
De coronatione papae per priorem diaconorum cardinalium fienda. Fol. 84.
De ornatu equorum in processione. Fol. 84.
Ordo processionis apud coronationem domini papae. Fol. 84.
De iactu pecuniae quinquies fiendo in diversis locis. Fol. 85.
De lege offerend. papae per Iudaeos, et responsione papae. Fol. 85.
De his, quae fiunt post processionem, tam de laudibus fiendis, quam per priorem diaconorum cardinalium et de presbytero dando. Fol. 85.
De reductione papae ad cameram suam et mensam. Fol. 85.
De solennitatibus, indumentis et paramentis, tam domini papae, qua cardinalium, praelatorum et aliorum, quae fiunt in mensa. Fol. 85.
De recursione cardinalium et praelatorum ad domum propriam. Fol. 86.
De illis, qui habent ad exterare dominum papam. Fol. 86.
Qui habeant servire domino papae in mensa. Fol. 86.
Qualiter diaconus cardinalis, cui commissum est evangelium, servire debeat summo pontifici solenniter celebranti et communitati in sede sua. Fol. 86.
De coloribus, quibus sancta R. E. in sacris vestibus solet uti Albo, rubro, viridi, violaceo et nigro, quidem tamen hos ultimos pro uno representat.
De colore albo. Fol. 95.
De colore viridi. eodem.
De colore rubro. eodem.
De colore violaceo. Fol. 95.
De colore nigro. eodem.

Modus, qui conservari consuevit per dominos, qui insistunt super electione summi pontificis, et eligunt per viam procedere compromissi. Fol. 96.

Qualiter proceditur ad electionem summi pontificatus per viam scrutinii; modus autem scrutandi et deponendi votum in scrutinio in practica talis est. Fol. 96.

De scrutationibus scrutatorum. Fol. 96.

Modus autem deponendi talis est. eodem.

Post haec non fit collatio meriti ad meritum, zeli ad zelum, sed solum numeri ad numerum. Fol. 97.

Singularia quaedam observantur in electione summi pontificis, ut scribitur infra. Fol. 98.

De via compromissi. CIV. Fol. 98.

Ordinatio domini Alexandri papae IV. De suffragiis pro summis pontificibus et cardinalibus defunctis. Fol. 99.

Ordo, qui servatur in celebratione concilii generalis. Fol. 99.

Incipit ordo ad benedicendum Imperatorem, quando coronatur, quod debet fieri dominica, qua cantatur: laetare Hierusalem. ut ponitur in rationale divinorum officiorum. Fol. 102.

De forma iuramenti. Fol. 102.

De coronatione reginae. Fol. 106.

De unctione et coronatione regis. Fol. 108.

De inunctionae reginae. Fol. 110.

De communione eucharistiae, quam regina recepit de manu papae. Fol. 110.

Ordo servandus, quando papa sepulturae traditur, et etiam cardinalis. Fol. 110.

Cardinales non debent ire obviam cardinalibus venientibus ad curiam sede vacante. Fol. 113.

Quomodo circa cardinales, quibus committitur titulus episcopalis, fiunt ea, quae circa cardinales novos praeter aliqua. Fol. 114.
Quibus cardinalibus committitur titulus episcopalis. Fol. 114.
Quando diaconus cardinalis servit papae celebranti. eodem.
De usu Romanae curiae, quando diaconus cardinalis dicit evangelium et servit papae celebranti ad usum curiae. Fol. 114.
De sabbato sancto. Fol. 120.
De vigilia pentecostes. Fol. 122.
De cardinalibus papae assistentibus cum coram eo missa celebratur. Fol. 123.
De vesperis solennibus, quae celebrantur per papam in coeptione antiphonarum ac reliquo officio. Fol. 124.
De itineratione papae. Fol. 126.
Quando papa itinerat cum tribus cardinalibus tantum causa transferendi curiam de loco ad locum. Fol. 127.
Quae sint necessaria pro sacris Agnus dei. Fol. 128.
De modo consecrandi Agnus dei. Fol. 129.
De modo cedularum affigendarum in valvis. Fol. 130.
Formulae absolutionum. Fol. 131.
De ordine dandi pallium. Fol. 132.
Forma absolutionis communis, et ab excommunicatione et in mortis articulo. Fol. 131.
De ordinatione diaconi cardinalis, quando fuit promotus in cardinales assistens subdiaconus, et existens cardinalis. Fol. 133.
De modo teneto tempore Benedicti in ingressu regis Navarrae, quando venit Perpinianum. Fol. 134.
De forma iuramenti praelatorum. Fol. 136.

De ordine tenendo in mensa. Fol. 140.
De ordine processionis Romanae curiae. Fol. 139.
Ordo, quando dominus papa exit aliquam civitatem vel intrat. Fol. 140.
Forma instrumento de iuramento, quod praestant episcopi et praelati electi et confirmati. Deficit in hoc tomo.
Modus tentus in adventu domini Fernandi regis Arragonum ad Dertusiam, ubi Benedictus papa cum curia sua residebat, et hoc factum est prima vice, cum venit ad papam. Rubrica Fol. 136.

Expliciunt rubricae caeremoniarum Palatii.

Thesaurus Rom. pontificum.

De officio primae tonsurae.
De ostiario.
De lectore. Haec omnia deficiunt in hoc tomo.
De exorcista.
De accolyto.
De subdiacono.
De diacono.
De sacerdote.
De episcopo.
De coronatiane papae.
De coronatione imperatoris.
De coronatione imperatricis.
De matrimonio carnali.
Quomodo consilium agatur.
De his, quae fiunt seu dicuntur in officio cuiuslibet horae.
De matutinis dominicalibus et ferialibus.
De sacramento baptismi.
Ad catechismum faciendum.

De laudibus matutinis dominicalibus et ferialibus.
De prima dominicali.
De prima feriali.
De tertia hora.
De hora sexta.
De hora nona.
De vesperis.
De completorio.
De missa et partibus eius.
De confirmatione baptismatis.
De sacramentis ecclesiasticis.
De laudibus matutinis dominicalibus.
De pueris consignandis.
De sacramento eucharistiae.
Ad communicandum infirmum vel alium volentem se communicare.
De danda poenitentia.
Ad reconciliandum poenitentem.
Ad visitandum infirmum.
De cilicii benedictione.
De benedictione cineris.
De sacra unctione extrema.
De vinculo spirituali matrimonii.
De benedictione abbatis et abbatissae.
De benedictione abbatissae in spirituali.
De ordine ad Monachum faciendum.
De ordine ad virginem benedicendum.
De benedictione viduae, quae fuit castitatem professa.
De benedictione perae et baculi peregrinantium.
De ecclesiasticis locis, ornamentis et consecrationibus.
De benedictione lapidis primariae.
De consecratione ecclesiae vel altaris.
De benedictione linteaminum.
De benedictione coemeterii.

De consecratione ecclesiae violatae.
Ad signum ecclesiae benedicendum.
De consecratione patenae.
De consecratione calicis.
De consecratione corporalium.
De benedictione novae crucis.
De benedictione thuris.
De paramentis ecclesiae.
De benedictione panis.
De benedictione agni.
De benedictione mellis et lactis.
De benedictione casei et ovorum.
De benedictione uvae.
De benedictione quorumcumque novorum fructuum.
De benedictione novae domus.
De solennitatibus ecclesiasticis, quae fiunt in canonisatione sanctorum.
De triplici litania.
De nuptiis.
Qualiter sit ieiunium institutum.
De officio quintae feriae.
De officio sabbati maioris hebdomadae.
Gesta concilii Lugdunensis per Innocentium papam IV.
Gesta concilii Lugdunensis per Gregorium papam decimum.
Bulla Eugenii papae quarti super declaratione summi pontificis.
Contra Basilienses.
Bulla iubilaei anno domini MCDL. tempore domini Nicolai papae V.

Illustri et generoso domino Io. Iacobo Fuggero, Kirchbergae Weissenhorni etc. domino,

Onuphrius Panvinius Veronensis, frater eremita Augustinianus, S. P. D.

Ad orthodoxae, catholicae et salutaris doctrinae, quam Christus dominus noster voce viva nobis tradidit, conservationem et augmentum nihil magis fecisse, quam apostolorum et evangelistarum commentaria scripto relicta, testantur eximia fidei nostrae incrementa, quorum initia Christi et discipulorum concionibus iacta tenuia et exilia primum fuere, deinde scriptionibus comprensa totum terrarum orbem compleverunt. Quam rem impii et nefarii nostrae religionis hostes, Diocletianus et Maximianus imperatores, animadvertentes, quum christianam pietatem funditus exscindere constituissent, primo persecutionis in nos excitatae edicto scripta nostra, ad omnem religionis christianae memoriam tollendam, exuri iusserunt. Quod ob eandem causam olim de libris Mosaicis et propheticis Antiochum Epiphanem simili furore fecisse, quum Iudaeorum pietatem extinguere moliretur, testantur Machabeorum libri; et Romani ipsi, ne sui quidem regis Numae Pompilii commentariis in agro quodam in Janiculo repertis, quibus iam recepta sacra labefactari videbantur, pepercerunt, sed medio in foro eos cremari voluere. Fuerunt etiam quidam, qui libros Ciceronis de natura deorum, quod fabulosam deorum vanitatem refelleret, damnantes eos incendio consummi debere iudicarint; tantum scripta

ad religionem tollendam vel conservandam facere existimarunt. Quum e contra pius imperator Constantinus, quum quo animo et consilio superiores tyranni sacros libros exuri iussissent (scilicet ut sublatis codicibus facilius universa religio christiana concideret) considerasset, praecipuo studio quam accuratissime christianorum commentaria conscribi iussit, multa exemplaria fecit, eaque ad perpetuam posteritatis memoriam, nihil magis necessarium esse ad pietatis conservationem prudentissime existimans, reponi iussit. Hic mos in praecipuis et necessariis religionis christianae mysteriis primum diligenter servatus, postea Dei cultu aucto ad ceremonias et solennes ritus, quibus populorum pietas et religio maxime custoditur, translatus est, librique multi, quos rituales veteres appellabant, ab episcopis christianorum gentilium exemplo editi sunt, quibus caeremoniarum sacrarum in sacramentorum ecclesiasticorum exhibitione perpetuus, constans, et uniformis ordo ad ecclesiae maiestatem et populorum devotionem retinendam comprenderetur.

Hic missarum S. Iacobi apostoli, Iustini, Clementis, Tertulliani, Dionysii, Chrysostomi, Basilii Magni, Innocentii, Gelasii et Gregorii libri, quos antiqui rituales, christiani vero ordines sive caeremoniales vocavere, manarunt. Quos apud veteres gentiles in usu fuisse omnis antiquitatis diligens explorator Verius Flaccus refert. Rituales (inquit) nominantur Etruscorum libri, in quibus perscriptum est, quo ritu condantur urbes, arae, aedes sacrentur qua sanctitate muri, quo iure portae, quomodo tribus curiae, centuriae distribuantur, exercitus constituantur, ordinentur, ceteraque omnia eiusmodi ad bellum et pacem pertinentia; et Cicero primo de

divina-

divinatione. Quod Etruscorum declarant et haruspicini, et fulgurales et rituales libri nostri et augurales. Hi porro libri a ritu dicti sunt, qui est mos vel consuetudo comprobata in administrandis sacris. Cuius tanta apud antiquos cura fuit, ut maiorum suorum statas solennesque caeremonias pontificum scientia bene gerendarum rerum auctoritate augurum observatione Apollinis praedictione vatum libris, portentorum depulsis, Etrusca disciplina explicari voluerint. Nam prisco instituto rebus divinis opera accuratissime dabatur. Quum enim aliquid commendandum erat precatione, quum exposcendum voto, quum solvendum gratulatione, quum inquirendum, vel extis, vel sortibus impertito, quum solenni ritu peragendum sacrificio, quo etiam ostentorum ac fulgurum denunciationes procurabantur. Tantum autem antiquis studium non solum observandae, sed et amplificandae religionis fuisse testatur Valerius, ut florentissima tum et opulentissima civitate, decem principum filii ex S. C. singulis Etruriae populis percipiendae sacrorum disciplinae gratiae traderentur. Etrusci enim ita caelestibus religionibus procurandis intenti fuere, ut a Caere, Etruscorum oppido (Agylla antiquitus dicto), ritus colendi deos caeremoniae vocatae sint. Nam urbe a Gallis capta, quum virgines vestales deorum simulacra, et sacrorum Romanorum arcana ex hostium vi erepta urbe traducerent ad oppidum Etruscorum Caere vicinum potissimum convenere, ubi donec civitas a Gallorum potestate per Camillum liberata fuit, benigne hospitio susceptae et habitae sunt. Cuius beneficii memoriae Romani praestiterunt, ut omnes divini cultus mores et ritus caeremoniae a Caere dicerentur. Livius lib. VI. tradit, L. Albinum, hominem plebeium, virgines sacerdotes sacra-

que Romana a clade gallica fugientes plaustro Caere invexisse, unde caeremoniis sit nomen ortum. Verrius Flaccus caeremonias a caritate, Macrobius lib. II. cap. III. a carendo dictas putant. Servius Sulpitius (inquit) religionem esse dictam tradidit, quae propter sanctitatem aliquam remota est et reposita a nobis sit quasi a relinquendo dicta ut a carendo caeremonia.

Veteres gentiles multis in rebus in graecismo et idololatria abolendis imitati christianae religionis auctores solennes aliquot statasque caeremonias, quum in omnibus pietatis christianae ritibus tradendis, tum in sacramentorum ecclesiasticorum exhibitione excogitarunt, ut in forma suscipiendi poenitentes, eorumdem reconciliatione, de scrutiniis habendis, ritu baptismi, ieiuniis ordinationibus sacerdotum, et reliquis ecclesiasticis mysteriis, et praesertim in sanctissimo coenae dominicae (quam missam dicimus) sacrificio celebrando. Quas initio parvis libellis (quos ordines vocabant) comprehendentes, postea cum religione, opibus quoque et maiestate ecclesiastica crescentibus maioribus voluminibus (quos caeremoniales vocarunt) concluserunt. Et quum nihil in orbe terrarum tam egregie riteque constitutum sit, quod temporum varietatem et inconstantiam, morum et consuetudinum mutationes non effugiat variatis subinde hominum observationibus, vivendi genere et voluntatibus, diversos quoque rituales libros pro temporum conditione ab iis confici necesse fuit, quibus ea praecipua cura erat, quae antiquissimis temporibus in ecclesia Romana summorum pontificum arbitrio tractabatur, quorum praecipui fuere Gelasius et Gregorius Magnus, postea ad cardinalem archidiaconum, deinde ad camera-

rium, qui eius muneri successit, novissime ad magistros caeremoniarum devenit. Hinc factum est, diversi variorum temporum caeremoniarum libri in bibliothecis inveniantur de sacramentorum et ecclesiasticorum rituum consuetudine constituti atque Romani ordinis nomine appellati, quod scilicet in illis plene is ordo contineretur, quem in ecclesiasticis mysteriis operandis veteres patres observabant. Quos quum ad antiquitatis ecclesiasticae cognitionem maxime facere cognoverim, quotquot invenire potui in unum quasi corpus redigere constitui. Et quia in omnibus et praesertim antiquissimis inter reliqua, quae continent coenae dominicae sive corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi sacramentum, quod Graeci synaxim, mystagogiam et liturgiam, Latini vero missam vocant, ordinem et caeremonias complectuntur, ante omnia, quid liturgiae et missae vocibus significetur, exposui, deinde ritum quendam adieci, quo Iudaei celebrioribus festis inter convivandum antiquitus utebantur. Quem Christus aliqua ex parte in novissima coena, quem admodum a S. Luca describitur, observasse videtur. Postea adiunxi missae sive sacri convivii mysterii descriptionem, quanam scilicet ratione Christus et post eum apostoli celebraverint, ad haec sacrae communionis solennia subieci, a Iustino martyre, et Clemente Alexandrino centesimo quinquagesimo, Tertulliano et D. Cypriano ducentesimo, Dionysioque post Christum tercentesimo anno descripta. Haec subsequitur vetustissimus et quantum certis quibusdam coniecturis assequi potui, ante D. Gregorii papae primi tempora, editus ritualis liber, cui initium est: Denunciata statione, quo simplex, pura solennisque sacrificii dominici (quod missam dicunt) celebratio a

Romano pontifice fieri solita continetur. Quem omnes, qui ecclesiasticos ritus et officia divina constituere summam eidem auctoritatem tribuentes, tanquam primum et archetypum agnoscunt, ita ut omnes aliae huiusmodi scriptiones nihil aliud sint, quam huius libelli, vel paraphrases, vel commentaria, et praesertim duo sequentes eiusdem argumenti tractatus posterioribus temporibus editi, et propterea quibusdam additionibus aucti, quorum alteri, primo omnium, alteri vero primum omnium initium est. Qui in publicae missarum celebrationis, quam Romanus pontifex facere solebat caeremonia describenda, quaedam initio altius repetentes adiungunt, quaedam in ipsa actionis commemoratione latius exponunt, quaedam demum interserunt. Qui revera tanquam paraphrases quaedam sunt prioris libelli, re tamen ipsa, et praecipuarum caeremoniarum explicatione omnino inter se conveniunt, comprehendunt enim procul dubio cum missarum ordinem, quem (ut auctor est Ioannes Diaconus in eius vita) D. Gregorius papa instituit, qui ordini sive codici Gelasii papae, quem de missarum solennibus ediderat multa substrahens, pauca convertens, non nulla adiiciens in unius libri volumen redegit, qui ordo postea universum fere occidentem obtinuit. Nam ducentesimo post S. Gregorii obitum anno Carolus Magnus imperator Romanae ecclesiae auctoritatem, ut Sigibertus et Guillelmus Durantes referunt) sequutus universum sibi imperioque suo subiectum clerum minis et compulsionibus ad Gregoriani officii observationem compulit; conveniens enim esse existimavit, ut, qui in Romanae ecclesiae fidem consentirent, ritus etiam susciperent, quum ab eorundem discrepantia, fidei quoque vacillatio exoriri aliquando possit. Nam

(ut auctores sunt Hildevinus in epistola ad Ludovicum primum imperatorem, et Berno, Angiensis abbas) ante Gregorii aetatem Galliae et Hispaniae diversis ab ecclesia Romana a maioribus suis ritibus et caeremoniis acceptis in divinis officiis et missarum celebratione utebantur, cui rei fidem faciunt vetustissimi et prae nimia antiquitate pene corrupti libri missales ordinem missae more Gallico, longe a Romanae ecclesiae consuetudine diversum, continentes, qui ab initio receptae fidei usus in Gallia habitus est, usque ad Caroli Magni tempora, quibus sacrificii formam, qua hodie utuntur Gallia et Germania, suscepit. Omnis igitur Gallia, Germania, Italia, praeter Mediolanum, (cui ecclesiae ob auctoris reverentiam D. Ambrosii ritus permissus est) facile Romanas caeremonias auctoritate Romanae sedis et episcopi sui adductae, susceperunt. Quamquam, ut supra dictus Hildevinus affirmat, quum Innocentius, Gelasius et Gregorius Romani pontificis episcopos Galliarum ad Romanas consuetudines suscipiendas diu solicitassent, iam tum pluribus annis antea priscus ille missarum mos a Gallica consuetudine non nihil recessisset. Hispani porro, qui in semel suscepto instituto tuendo pertinacissimi sunt, multis annis avitas consuetudines constantissime retinuerunt. Donec postremo Alphonso VI, qui Toletum de Saracenis recuperavit, regnante, Gregorii VII, papae suasu, impulsu vero Constantiae, Hispaniarum reginae, Gallorum regis filiae, post maximas contentiones et clamores vi coacti, non sine lacrymis patriis ritibus relictis, Gallicas sive Romanas caeremonias suscepere, qui tamen priscus mos non ita funditus tolli potuit, quin hodie Toleti in quibusdam ecclesiis et aediculis certis diebus non observetur, ut latius in Roderici Toletani historia

explicatur. Quum igitur Romanum hunc ordinem Italia, Gallia, Germania et Hispania suscepissent, facile quoque ceteris occidentis provinciis, ut Angliae, Saxoniae, Poloniae, Bohemiae et reliquis praeclarissimorum regnorum morem sequutis, communicatus est, cuius magna adhuc ex parte vestigia supersunt. Tribus autem his libellis publica tantum sive solennis missarum caeremonia continetur, quam Romanus pontifex praecipuis festis diebus stationem celebri et frequenti cleri populique multitudine conveniente obire per singulas ecclesias, ubi statio erat, solebat, a quo officia episcoporum quoque per provincias in diversis mysteriis peragendis ritusque et observantiae haud multum discrepant. Quae cum Romani ordinis libello ubique adiuncta sunt: Quod solenne missae sacrificium initio non nisi per episcopos in civitatibus, a presbyteris vero non nisi ex episcoporum venia agebatur. Ceterum quum dico posteriores libri eiusdem ferme temporis sint et non nihil inter se varient, quo in omnibus pio lectori satisfacerem, utrosque in unum coniunxi. Qua in re illud animadversione dignum est, primum ex tribus, eo etiam argumento antiquissimum probari posse, quod nulla in eo de episcopis VII. hebdomadariis Lateranensis Basilicae mentio est ante septingentos annos institutis, sed loco eorum presbyteri recensentur. Duo vero sequentes ordinis Romani libelli ipsos iam profitentur, quos quum ante DCC. annos lectos fuisse dixerim, dubium non est ante tot tempus eos libellos etiam conditos esse. Meum ex duobus libellis concinnatum Romanum ordinem sequitur. Hunc librum amisi, quod integer ordo alius sive liber ritualis antiquus, et paulo plura quam precedentes complectens per eadem tempora editus, quo praeter missae caeremonias, totius

quoque anni festivitatum et solennitatum ritus exponuntur, ut quadragesimae paschatis, pentecostes, litaniarum et similium.

His libris propter argumenti similitudinem adiunxi aliud brevo volumen de ordine processionis episcopi diebus festis ad ecclesiam quando missarum solennia celebrare solebant, ita ut ab antiquis patribus occidentalium ecclesiarum institutum fuit, quod simile admodum est Romano ordini. Post id scripsi alium incerti auctoris codicem de officio missae, alias micrologus sive ordo missae secundum Romanos inscriptum. Qui quamquam in plerisque exemplaribus ordinis etiam Romani nomen habebat, non tamen eiusdem generis est cum superioribus. Illi enim publica sedis apostolicae auctoritate exarati videntur, nec aliud, quam simplicem rituum et caeremoniarum narrationem, in officio missae comprehendunt. Hic vero privato nomine et a privata quadam persona ecclesiasticarum tamen institutionum gnaviter perita, circa Gregorii VII, papae (cuius mentionem facit), ante quingentos annos descriptus est et narrationem quandam historicam magis quam mysticam continet, et neque tantum pontificis Romani sed presbyteri quoque munus exponit, potissimum autem secundum Gallicanum ordinem, qui, quamvis a Romano effluxerit, processu tamen temporis non nihil ab eo variavit.

Hic libellus praecedet tractatum, quem ego de stationibus Romanis (cuius frequens in his libris mentio est) edidi. Item aliarum vocum inusitatarum et obscurarum, quae passim in iisdem libris reperiuntur, interpretationem, ut cardinalis, tituli, dia-

coniae confessionis, sacellarii, pallii, ambonis, amulae et similium. Postea adieci librum ritualem, sive ordinem Romanum ante quadringentos annos in ecclesia Romana usurpatum, cum additionibus et annotamentis meis, quem Concius diaconus cardinalis, S. Luciae in Orthea S. R. E. Camerarius, qui postea summus pontifex post Innocentium III. creatus Honorius III. vocatus est, edidit vel reformavit, de quo suo loco dicam. Novissime brevem antiquorum verborum, vestimentorum et rituum, quos in missa hodie Romana ecclesia usurpat, interpretationem et originem suggessi ex antiquis et probatissimis auctoribus decerpta. Quos omnes libros amplissimis quibuscunque thesauris pretiosiores uno volumine comprehensos tuo ipsius usui et oblectamento collegi, et multis additionibus ornatos ad te misi, quem omnium bonarum artium, historiarum item, et praesertim sacrae studiosissimum esse cognovi, quorum lectione te admodum delectaturum, et multum utilitatis et ecclesiasticae eruditionis percepturum haud dubito. Eos igitur libenti animo suscipias rogo et cum ceteris id genus libris, quos in nobilissima abs te constructa bibliotheca condidisti, collocabis in mei, qui multum te amo, perpetuae observantiae monumentum et testificationem. Vale. Romae, Kal. Iannuarii ineunte anno MDLXV.

Tenor capitulorum ante electionem Innocentii VIII. summi pontificis a cardinalibus in conclavi inter se statutorum.

Cum reverendissimi in Christo patres et domini, sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinales membra sint summorum pontificum eisque assistant continuo, et onerum omnium, et consiliorum participes sint: aequum censendum est, et officio patris in filios consentaneum, ut ampliori quam caeteri gaudeant praerogativa, et quo plures sustentandae dignitatis causa habeant ministros, eo illis maior ad bene merendum praebeatur facultas. Hinc est quod nos omnes et singuli sanctae Romanae ecclesiae cardinales infra scripti pro bono et felici regimine ac quiete nostra iuramus et vovemus deo omnipotenti, et sanctis apostolis Petro et Paulo, ac omnibus sanctis ecclesiaeque sanctae, promittimusque, si aliquis ex nobis electus fuerit in papam, ille statim ante publicationem electionis de se celebratae iurabit et vovebit pure, simpliciter et bona fide, servare, facere et cum effectu adimplere omnia et singula capitula infra scripta, nec non tres schedulas, infra scripta capitula continentes, manu propria signabit sub forma verborum subsequentium: Ego talis electus in summum pontificem praemissa omnia promitto, voveo et iuro observare et adimplere in omnibus et per omnia pure et simpliciter et bona fide, realiter et cum effectu ad literam, sine aliqua excusatione et tergiversatione et interpretatione verborum, sub poena periurii et anathe-

matis, a qua nec me ipsum absolvam, nec absolutionem alicui committam. Ita me deus adiuvet, et haec sancta dei evangelia, ac volo, quod dictae schedulae et earum quaelibet vim decretalis et constitutionis perpetuae inviolabiliter observandae cum decreto irritanti habeant, et si quidquam per me secus factum fuerit, et in aliquo contravenire, vel dispensare tentavero, id nullius sit roboris vel momenti, et nihilominus ipsa capitula, et quodlibet ipsorum in suo robore et firmitate permaneant, quodque schedulas praedictas tenere et conservare apud se debeant tres cardinales cuiuslibet ordinis priores ad petitiones eorum sacri collegii, nulli unquam eas assignaturi sine omnium cardinalium expresso consensu, nec non infra tres dies post coronationem meam dabo tres bullas eiusdem tenoris servandas per priores cuiuslibet ordinis, ut supra. Tenor vero capitulorum praedictorum sequitur, et est talis:

Ego N. electus in papam voveo, promitto et iuro omnipotenti deo et sanctis apostolis eius, Petro et Paulo, et omnibus aliis sanctis ac ecclesiae sanctae dei praefati, facere, attendere et observare, et efficaciter adimplere omnia et singula infra scripta.

Imprimis de proventibus camerae apostolicae dare et solvere, seu dari et solvi facere centum florenos auri de camera omni mense cuilibet cardinali non habenti integre de proventibus ecclesiasticis, et capella quatuor millia florenorum annuatim, quousque eis provisum sit de dicta summa in reditibus, et cardinales omnes habentes quaecumque beneficia ecclesiastica etiam incomparabilia*) in titu-

*) Pro incomparabilia legendum videtur incompatibilia.

lum vel in commendam manutenebo et defendam in possessione eorumdem.

Item ut mihi ab iisdem cardinalibus libera proveniant consilia, non apponam, nec per quemquam apponi permittam manum in persona vel bonis alicuius ex eius, nec aliquid in eorum statu et provisione mutabo quacumque ratione, causa vel occasione, sine expresso consilio et consensu duarum partium dominorum cardinalium, nec aliquo modo procedam aut procedi mandabo, vel permittam contra aliquem ex eis, nisi assistentibus et consentientibus tribus cardinalibus, uno scilicet ex quolibet ordine eorum, per ipsos cardinales, seu maiorem partem eorum ad id deputandis, nec damnabo aliquem ex eis, nisi convictum numero testium expresse, et constitutione Sylvestri papae facta in synodo generali, quae incipit: Praesul non damnet, servaboque eos liberos et exemtos ab omni dacio et gabella, prout istud tel. rec. dominorum Nicolai V. et Calixti III. rom. pont. praedecessorum nostrorum *) factum fuit, nec ecclesiis, monasteriis et aliis beneficiis ecclesiasticis, per eos pro tempore obtentis ullum decimae, subsidii aut alterius oneris, quocumque nomine nuncupati, gravamen quacumque ratione vel causa imponam, et ab eisdem cardinalibus pro ecclesiis et monasteriis, quibus eos praefeci, et beneficiis quibuslibet ecclesiasticis, de quibus eis me ipsum providere in titulum vel commendam continget sub annatarum vel mediorum fructuum, minutorum servitiorum, seu alio quocumque nomine vel penitus exigam, aut ab eis etiam sponte offerentibus,

*) omissum videtur tempore.

et solventibus recipi, seu exigi faciam, vel permittam quoquo modo directe vel indirecte, privilegiaque eorum omnia et singula illaesa, qualiacumque sint, conservabo, et si aliquae obligationes in camera apostolica ratione praedictarum annatarum reperiantur, eas in totum aboleri faciam et cassari.

Item quum cardinales S. Rom. ecclesiae assidue assistant summo pontifici, et proinde debeant specialibus praerogativis et privilegiis gaudere, ex nunc concedo ipsis cardinalibus plenariam et liberam dispositionem omnium et singulorum monasteriorum, prioratuum, praeposiurarum, praepositatuum, dignitatum personatuum, administratuum et officiorum, canonicatuum et praebendarum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura, ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem, confirmationem, institutionem, seu quamvis aliam similem vel dissimilem dispositionem eorumdem ratione ecclesiarum vel titulorum cardinalatus eorum, et etiam ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, quibus praesunt, et quae obtinent, eosque praeesse, et pro tempore obtinere continget in titulum vel in commendam, seu alias quocumque iure vel titulo quomodolibet spectantium, quodque exspectativae gratiae, speciales reservationes, mandata de uniendo, et quaevis aliae dispositiones ac regulae cancellariae, dignitatum maiorum, et principalium, aliorumque beneficiorum et familiarium cardinalium aut Rom. pontificum, sui eorumdem aut dictae sedis officialium, seu alias quovis modo reservationes generales sive speciales continentes sive inducentes constitutiones, etiam praetendentium, innovantes, aut alias quomodolibet

affectu facientes ad dicta monasteria, prioratus, praeposituras, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes et officia, canonicatus et praebendas, aliaque beneficia nullatenus extendantur, sed de ipsis pro ipso quolibet extra Romanam curiam etiam commendis illorum, quae commendatae forent, vacantibus cardinales ipsis libere disponant, perinde ac si gratiae exspectativae speciales, et aliae reservationes, affectiones, uniones, constitutiones, et mandata huiusmodi non apparerent; quum vero illa in dicta curia vacare continget, nisi de expresso consensu ipsius cardinalis ordinarii, seu commendatarii in expeditione literarum desuper adhibendo, sine quo provisiones ipsae nullius sint penitus roboris et momenti. Ecclesias quoque, et monasteria, praeposituras, prioratus, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes, vel officia, canonicatus, et praebendas reliquave beneficia ecclesiastica secularia et ordinum quorumcumque regularia cum cura et sine cura qualiacumque per obitum, promotionem, seu quamvis aliam dimissionem vel dispositionem, familiarium continuorum, commensalium cardinalium eorumdem pro tempore etiam apud sedem praefatam vacantia, etiamsi familiares ipsi decedentes illa in titulum vel ut unita aliis beneficiis ecclesiasticis per eos obtentis ad eorum vitam obtinuissent, et illa obtinentes apostolicae sedis notarii, capellani, cubicularii, nuncii literarum apostolicarum, abbreviatores, scriptores, seu alii eiusdem sedis officiales, aut quavis alia qualitate aliquam aliam reservationem generalem vel specialem seu affectionem inducente qualificati, et mei, aut praedecessorum meorum Rom. pontificum familiares continui, seu commensales antea fuissent, et imposterum erunt, de consensu cardi-

nalis eorum in literarum desuper expeditione adhibendo, et non aliter conferam, aut disponam de eisdem, ita, ut si secus egero, id totum nullius sit roboris vel momenti, et si beneficium aliquod vacare quomodocumque contigerit, cuius collatio iure ordinario ad aliquem ex dominis cardinalibus spectaverit et pertinuerit, volo, quod illius collatio et provisio per ipsum dominum cardinalem collatorem fiat, etiamsi illud obtinens alterius cardinalis familiaris continuus seu commensalis fuerit, de quibus fiet specialis regula in plena forma, et ponetur in libro cancellariae, et publicabitur in eadem, dum et quoties eisdem cardinalibus videbitur, et placebit, et ultra ductam regulam expediantur bullae singulae pro quolibet cardinalium. *)

Item quod omnes et singuli cardinales in electione mea praesentes, quos pro tempore quacumque de causa a Rom. curia se absentare contigerit, ad ecclesias suas vel quaecumque loca etiam remota et extra Italiam cum licentia mea, vel scripta, vel verbis, gaudeant omnibus et singulis privilegiis consuetis, ac si praesentes existerent in omnibus et per omnia plenissime absque aliqua alia interpretatione vel tergiversatione.

Item omnes et singulas absolvendi, dispensandi et alia faciendi facultates, privilegia, concessiones et indulta, quae a fel. rec. Sixto papa IV. et quocumque alio praedecessore meo in favorem cardinalium eorumdem in genere vel in specie quomodolibet hactenus emanarunt, adprobabo et confirmabo, manutenebo et observabo, quemadmodum adprobo et confirmo, manuteneo et observo,

*) Hic MS. ita mendosum est, ut sensus vix erui possit.

et si id voluerint, de novo concedam in amplissima forma, ita ut plenum debeant et possint sortiri effectum.

Item quum in praefata curia pro confluentium ad illam celeriori expeditione dudum fuerint provide instituta cancellariae apostolicae et poenitentiariae ac camerariatus officia, sintque cardinalibus illa pro tempore obtinentibus, de antiquo stylo et inveterata consuetudine praefatae curiae, seu expressa concessione praedecessorum meorum certae concessae facultates vel auctoritates, et quaedam propterea adtributa emolumenta, et ex ipsorum officiorum alteratione et perturbatione possent curiae praefatae varia incommoda provenire, statuam et ordinabo ac pro nunc statuo et ordino ac volo, quod venerabiles fratres mei Rodericus, episcopus Portuensis, S. Rom. ecclesiae vicecancellarius, Iulianus, episcopus Ostiensis, qui poenitentiariae praefatae curam gerit, et dilectus filius Raphael, S. Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, camerarius noster, et qui pro tempore erunt maior poenitentiarius, vicecancellarius et camerarius dicta eorum officia iuxta antiquas et solitas concedi eis facultates, concessasque eis, et cuilibet eorum a fel. rec. Calixto III, et Pio II, et Paulo etiam II, nec non Sixto IV. Romanis pontificibus praedecessoribus meis in literarum apostolicarum et poenitentiariae scriptores, adbreviatores, sollicitatores, procuratores, aliosque officiales cancellariae, poenitentiariae et camerae eorumdem, eorumque officia superioritatem, potestatem, dispositionem et quamcumque facultatem, auctoritatem, ac literas absque aliqua constitutione, modificatione, limitatione, alioque impedimento quocumque libere per seipsos

vel locumtenentes per ipsos deputandos exercere et solitis emolumentis potiri debeant, et quod eos, aut aliquem eorum in eorumdem emolumentorum libera perceptione, ac officiorum suorum collatione, et extinctione privilegiorum et facultatum, eis ut praefertur, concessorum, et competentium ad unguem iuxta literarum eis desuper ut praefertur concessarum continentiam atque formam usu per me aut quocumque alios auctoritate mea nullatenus perturbabo, aut alias quomodolibet impediam, aut perturbari vel impediri permittam, imo literas ipsas eis concessas, et in illis contenta, si voluerint, adprobabo et confirmabo, et pro potiori cautela illa omnia eis de novo concedam, et etiam concedam de expresso ipsi poenitentiario maiori in casibus consuetis tempore s. mem. summorum pontificum Nicolai V. et Calixti III. ac Pii, Pauli, et Sixti praedecessorum nostrorum praedictorum.

Praeterea quum periculosum sit, quod ii, qui summo pontifici in executione pastoralis officii frequenter assistunt aliquo casu excommunicationis, interdicti vel suspensionis sententiam incurrant, statuo, decerno et declaro, quod cardinales praefati, et si contingat eos aliquibus constitutionibus, ordinationibus, sententiis, praeceptis, aut mandatis, quae a praedecessoribus meis hactenus emanassent, aut a me in futurum, emanarent, in genere vel in specie, in quibus etiam de ipsorum cardinalium personis expressa mentio fieret directe vel indirecte, tacite vel expresse, palam aut occulte decreto quomodolibet contravenire, censuras et poenas ecclesiasticas aut alias in talia facientes in eisdem constitutionibus et ordinationibus, sententiis, praeceptis, et mandatis forsan fulminatis etiam per literas,

literas, qua eleguntur in coena domini, minime incurrant, nisi solum et dumtaxat, in quibus pro huiusmodi contraventione ex aliqua constitutione in corpore iuris clausa constaret, quod talis poena specialiter in eosdem cardinales sit inflicta, et non alias, nec alio modo, et non fulminabo aliquos censuras adversus aliquem, vel aliquos cardinales, nisi de consensu duarum partium eorumdem, et tunc tantum in casibus expressis in iure.

Item quum iuri et aequitati conveniat, quod illis, qui Rom. ecclesiae in suis necessitatibus promta voluntate subvenerunt, de eiusdem ecclesiae facultatibus debita satisfactio impendatur, voveo, iuro et promitto, quod solvi faciam realiter et cum effectu cuilibet ex cardinalibus tam praesentibus, quam etiam defunctis omne id, et totum, in quo constat et constare poterit in futurum, eos esse creditores fel. rec. Sixti papae IV. praedecessoris mei seu apostolicae camerae et sedis quacumque ratione et causa, et illos ex eis, quibus pro eorum creditis ab eodem praedecessore meo loco pignoris tradita hactenus forent, et concessa castra, civitates et loca totalia alia Rom. ecclesiae, aut pro recuperatione eis debitae quantitatis aliqui reditus assignati in huiusmodi pignorum et assignamentorum possessione manutenebo et conservabo, concessaque eis desuper literas et scripturas adprobabo, et confirmabo meis literis cum supplemento quorumcumque defectuum ad uberiorem illorum conservationem.

Item quum sedis apostolicae plurimum interest, quod literae apostolicae, quae ad diversas mundi partes deferuntur, adcurate et diligenter iuxta stylum Rom. curiae expediantur, et propterea in apo-

stolica cancellaria sint dudum plurima officia instituta, et ut facti experientia demonstrat, literae, quae aliunde, quam per cancellariam expediuntur, pro tempore persaepe in stylo et aliis necessariis sint defectivae, interest quoque eiusdem sedis, quod illarum sic expeditarum registra fideliter annotentur et conserventur insimul in uno eodemque loco. Immo pari modo volo, iuro et promitto, non expediri, aut expediri permittere aliquas literas apostolicas aliunde, quam per cancellariam praefatam et illius officiales literis officiorum civitatum et locorum temporalis domini Rom. ecclesiae, et illorum temporalitatem concernentium dumtaxat exceptis, faciamque et mandabo, illas omnes in registro generali literarum apostolicarum dumtaxat, et non alibi registrari, nisi essent literae officiorum et temporalitatis, quas in camera apostolica, aut aliquod negotium necessario secreto tenendum continerent, quas in uno libro secreto apud secretarium registrari permittam.

Item quum a nonnullis asseratur, quosdam S. Rom. ecclesiae cardinales, timentes, ne Romanus pontifex eos sub colore alicuius legationis compellat a Romana curia secedere, nonnumquam abstinuisse et abstinere a libere consultando in consistorio ea, quae eis videntur, intersitque Rom. ecclesiae et apostolicae sedis, quod ipsorum cardinalium animus sit in consulendo liber, et cesset in consiliorum eorumdem exhibitione omnis formido, omnisque timor, pari modo iuro, voveo et promitto, non mittere aliquem cardinalium invitum in aliquam legationem, nisi necessitas mittendi vera, et non ficta, sed duntaxat volentes, et expresse consentientes, nec eos indirecte ad volendum et con-

sentiendum per aliqua mala media quoquo modo inducere.

Et insuper puritati eorumdem cardinalium consulere volentes, prout optare *) videatur, eos, et quemlibet eorum a quibuscumque criminibus, excessibus et delictis quantumcumque enormibus et gravibus, per eos hactenus quomodolibet commissis et perpetratis, qualiacumque sint, etiamsi talia forent, quae in generali expressione huiusmodi non comprehenderentur, et requirerent nudam et specificam confessionem, nec venirent ad obtinendum earum absolutionem, et ex quavis ordinatione individuam expressionem exigerent, essetque eorum absolutio specialiter Rom. pontifici reservata ex quavis causa necessario exprimenda, nec non a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis et inflictis seu promulgatis, etiam talibus, quarum absolutio reservata simpliciter foret, ut praefertur, apostolica auctoritate plenarie in utroque foro absolvo et totaliter libero, ac super quacumque irregularitate per eos, aut aliquem eorum quomodolibet contracta simpliciter in utroque foro quoad omnes ordines, et illorum etiam in altaris ministerio ad pontificalis officii executionem, nec non praesidendum ecclesiis, monasteriis et aliis locis ecclesiasticis, illaque, et quaevis beneficia ecclesiastica, quoscumque actus exercendum plenissime dispenso, aboleoque et deleo omnem inhabilitatis et infamiae maculam, ex praemissis provenientem, qua quomodolibet respersi forent. Remitto quoque eis et eorum cuilibet omnes et sin-

*) Optare soloecum pro optandum.

gulos fructus, per eos forsan in ecclesiis, monasteriis et beneficiis ecclesiasticis qualitercumque usque in hodie male perceptos, eosque et quemlibet eorum ad pristinum innocentiae statum, in quo erant tempore susceptionis sacri baptismatis, plenarie restituo, repono et reintegro, et si qui eorum forent, qui specialius absolvi et secum dispensari, aliaque praemissa fieri forsan quovis respectu desiderarent, cuilibet eorum concedo, ut confessor idoneus, quem duxerit eligendum, presbyter saecularis, vel religiosus cuiusuis ordinis, etiam mendicantium erga personam eligentis in innovanda absolutione, dispensatione, abolitione et restitutione praedictis etiam criminibus et censuris specificatis eadem prorsus plenissima et absoluta potestate et auctoritate fungatur, qua fungor ego, ut Christi vicarius Petrique successor, nihil penitus in hoc reservando.

Item quum Rom. pontifices post editas in crastinum assumtionis eorum regulas et constitutiones, in quarum editione adhiberi consueverunt opportunae diligentiae, et intervenire nonnulli ex eisdem cardinalibus, et aliis Rom. curiae officialibus, per se consueverunt edere alias regulas et constitutiones, in quarum editione persaepe tanta accurata diligentia non adhibetur, voveo, iuro et promitto, in his, quae per me edi continget regulis et contingent regulis et constitutionibus post primam editionem solitam, nunquam cardinales includere, nisi eorumdem cardinalium favorem concerneret, vel illae de consilio eorumdem cardinalium seu maioris partis eorum ederentur, de quo constet per subscriptionem trium priorum ordinum eorumdem in constitutione et regula sic edita. Inhibeo quoque vicecancellario et eius locumtenenti, ne aliquam

regulam et constitutionem, in qua cardinales expresse nominarentur, favorem eorum non concernentem, in eadem cancellaria permittat publicari, aut in libro regularum eius annotari et describi, dum et quoties de consensu ipsorum cardinalium facta non fuerit, et per tres priores ordinum eorumdem non subscripta.

Item quum ex concessione specialium reservationum, quas Rom. pontifices, praedecessores mei, et praesertim fel. recordationis Sixtus papa IV, concesserunt, varia incommoda et scandala persaepe sint exorta, credaturque communi opinione omnium curialium, expedire sedi apostolicae, et Rom. curiae, ab illarum concessione, quas communis opinio damnat, abstinere, voveo, etiam ac iuro et promitto, nulli speciales reservationes, quae per cancellariam apostolicam iuxta illius stylum expediri solitae non sint, concedere, et ab earum concessione penitus et omnino abstinere, et non permittere, quod aliquis hactenus concessis, et quas concedi contingeret, utatur, et ex eis effectum reportet quoquo modo.

Item quum provide consideratum sit, quod castella et terrae S. Rom. ecclesiae, quae in locis propinquis huic almae urbi sunt, in plena et stabili obedientia sedis apostolicae et cum maiori subditorum satisfactione et consolatione gubernabuntur, si singulae singulis cardinalibus tenendae ac possidendae cum ipsarum arcibus et integra iurisdictione et omnibus reditibus assignabuntur et traderentur quasi coniunctum *) sub gubernatoribus eiusdem sedis, ut hactenus factum est, retinerentur,

*) Videtur deesse coniunctio nec.

unde magistra experientia retroactis temporibus adveniente sedis vacatione et nunc notissimum atque apertum est, defectiones et rebelliones ipsarum terrarum provenisse cum maximo Rom. ecclesiae dedecore et detrimento: idcirco huiusmodi consideratione moti, attendentes etiam, quod alias talia per superiores pontifices, praedecessores meos excogitata fuerint, licet executioni minus demandata, iuro et promitto, quod unicuique dominorum cardinalium, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, unam terram seu castellum in locis propinquis ut supra cum illius arce, si eam habuerit, plena iurisdictione ac singulis reditibus et proventibus illius tradam et assignabo, ad vitam dumtaxat, illius cardinalis regendam, tenendam et possidendam, ut etiam ipsi dom. cardinales locum aliquem specialem habeant, in quem libere vel ad declinandam pestem, vel recreationis suae causa possint se recipere, ita tamen, quod iidem cardinales in manibus meis iurabunt, quod officiales et castellanos suos, quos in huiusmodi terris et arcibus deputabunt, obligabunt sub speciali et expresso iuramento, quod superveniente obitu cardinalis, aliquam terram vel castellum sic possidentis, illam, vel illud cum arce, si habuerit, in manibus meis, vel successorum meorum libere et expedite statim sine ulla exceptione tradent et consignabunt.

Item quum multi ex dom. cardinalibus hic praesentibus nonnullas ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus, praepositurus, praepositatus, dignitates, administrationes, officia et alia beneficia ecclesiastica saecularia, et quorumvis ordinum regularia quae obtinebant et possidebant, resignaverint seu eorumdem commendis cesserint, et imposterum quae obtinent et possident, aut obtinebunt et

possidebunt resignare seu cedere in aliorum favorem intendant, promitto, iuro et voveo, concedere, prout de praesenti concedo ipsis dominis cardinalibus, qui huiusmodi ecclesias, monasteria et alia ecclesiastica beneficia etiam resignaverint aut resignabunt, sive eorum commendis cesserint aut cedent imposterum, quatenus cedentibus aut decedentibus iis per huiusmodi resignationem sive cessionem ecclesias, monasteria ipsa et alia beneficia ecclesiastica obtinuerint, liberum ac plenissimum ad eiusmodi ecclesias monasteria, et ecclesiastica beneficia etc. habeant regressum, eorumdemque possessionem ipso iure repetere, et de novo capere libere ac plenissime possint et valeant, etiamsi non habeant bullas regressus a pontifice Sixto.

Item promitto, voveo et iuro, quod omnem favorem, auxilium et auctoritatem meam interponam, quod tam cardinales S. Rom. ecclesiae, quam alii, qui bona ecclesiastica canonice assecuti fuerint, et ad possessiones eorum non admittuntur, vel hactenus admissi non sint, seu eorum fructus quomodolibet in beneficiis pacifice hactenus possessis impediuntur, libere et integre *) et bona fide etiam percepti restituantur, **) adhibeboque circa hoc, ut ius et aequitas postulant, omnem diligentiam, nihilque praetermittam.

Item promitto, voveo et iuro, quod canonicatus et praebendas basilicae S. Petri, Lateranensis ac S. Mariae maioris de urbe ecclesiarum, et alia omnia et singula beneficia in dictis basilicis et ecclesiis ac aliis quibuscumque vacantia seu de-

---

*) Deesse videtur **percipere**.

) Emendandum videtur: **iis fructus etiam bona fide percepti restituantur.

inceps vacatura, non conferam neque commendabo, neque de ipsis aliquo modo providebo aliis, quam civibus Romanis; et si monasteria, prioratus et quaevis alia beneficia quorumcumque ordinum regularia forent, et idem facturos se obtulerunt et obligarunt domini cardinales de beneficiis ad ipsorum collationes spectantibus ratione titulorum aut commendarum suarum, quas in urbe obtinent seu pro tempore obtinebunt, et similiter de officiis huius almae urbis consuetis dare civibus Romanis non providebo, nisi ipsis civibus, etiam de protonotariatu capitolii, non obstante eius unione facta hospitali S. spiritus in Saxia per fel. recordationis dominum Sixtum IV, praedecessorem meum.

Item quum persaepe contingat, cardinales ad palatium apostolicum se conferre variis ex causis, et pontificem pro tempore existentem occupatum illico eos audire non posse, detrahaturque non modicum dignitati eorum, si cardinales ipsos expectantes audientiam permixtim cum aliis non cardinalibus in aliquo loco stare contingat, prout nonnunquam factum fuit retroactis temporibus, ut huiusmodi abusus submoveatur, ut decet et dignitati non detrahatur, pari modo voveo, iuro et promitto, locum debitum et honestum eisdem cardinalibus pro huiusmodi exspectatione in palatio apostolico et loco residentiae, in quo me esse contigerit, assignare, et sub gravissimis censuris et poenis cubiculariis et aliis, ad quos pertinebit, inhibere, ne ullo praetextu in illum aliquem introducant etiam oratorem imperatoris, regum et aliorum potentatuum etiam cum ipsorum cardinalium inhiberi*) pro tempore expectantium expresso consensu, sed

*) Fortasse leg. ibidem.

locum ipsum liberum dimittant receptione et expectationi et colloquutionibus cardinalium praedictorum.

Item promitto, voveo et iuro, ut supra, quod in specialibus et temporalibus, quae graviora sunt, et magni momenti statum ecclesiae quoquo modo concernentibus nullam iurisdictionem aut administrationem promittam aut dabo, quovis quaesito colore, cuiquam hominum laico vel saeculari, cuiuscumque conditionis vel dignitatis existat.

Item promitto, voveo et iuro, quod si contigerit, aliquem ex potentatibus et principibus saecularibus occasione fortasse displicentiae conceptae ex voto alicuius cardinalis in praesenti electione Rom. pontificis aliter quam voluisset dato, reditus beneficiorum ipsis cardinalis occupare, tunc et eo casu de propriis pecuniis et introitibus Rom. ecclesiae eidem cardinali tantum providebo et satisfaciam, quantum ex dicta occupatione de introitibus suis amiserit.

Item omnia gesta et facta sede vacante per obitum praefati D. Sixti papae IV. praedecessori mei per sacrum collegium, vel eius priores, sive deputatos ab eodem sacro collegio speciales commissarios rata et firma habebo, tenebo et observabo, prout nunc habeo, teneo et adprobo, quum facta fuerint urgente necessitate libertatis electionis.

Item quod suprascripta capitula omnia et singula ad unguem servabo sub poena anathematis, nec unquam sub eisdem poenis requiram cardinales, ut in aliquo contraveniant praedictis capitulis, quod si peterem, volo, quod nullo pacto consentiant, imo observent omnia sub dictis poenis maledictionis aeternae, et si secus gratia vel timore fecerint, accedente auctoritate et determinatione mea

obligante, similiter quidquid per me contra vel praeter praedicta quacumque ratione gestum vel factum fuerit, sit ipso iure irritum et inane, nulliusque momenti et roboris, et pro incerto habeatur, et nihilominus praemissa omnia, et quodlibet ipsorum in suo vigore et observantia firma permaneant; in cuius rei fidem et testimonium nos omnes manibus propriis subscripsimus.

Sequuntur subscriptiones 24 cardinalium.

Tenor aliorum capitulorum, ut supra statutorum.

Nos omnes et singuli S. Rom. ecclesiae cardinales infrascripti pro bono et felici regimine atque conservatione status universalis ecclesiae iuramus et vovemus Deo omnipotenti, sanctis apostolis Petro et Paulo, atque omnibus sanctis ecclesiae suae sanctae promittimus, quod si aliquis ex nobis electus fuerit in papam, statim post electionem de se celebratam iurabit et vovebit pure, et simpliciter, et bona fide servare, facere et cum effectu adimplere omnia et singula capitula infrascripta, nec non intra tres dies post coronationem suam dare tres bullas eiusdem tenoris secundum capitula infrascripta ad perpetuam rei memoriam, habentes vim decretalis et constitutionis perpetuae inviolabiliter observandae cum decreto irritanti, si quidquam secus factum fuerit, nec in aliquo contravenire vel dispensare, nisi prout infra in singulis capitulis exprimetur, et hoc cum consilio et assensu maioris partis dom. cardinalium, de quo quidem consensu constet per subscriptionem d. cardinalium, easque bullas praedictas tenere et conservare apud se debeant tres cardinales cuiuslibet ordines priores ad

petitionem sacri collegii nulli umquam eas assignaturi sine omnium cardinalium expresso consensu.

Inprimis iurabit et promittet, quod adveniente casu necessitatis subveniendi fidelibus Christianis ad eorum defensionem contra perfidos Turcas idem summus pontifex omnes aluminis seu apud Tolpham reditus causa talis subventioni exponet ad usum subventionis praedictae, qui si summam 50 millium non attingent ducatorum, idem pontifex tantum de aliis reditibus ecclesiae Romanae dabit, et exponet usque ad dictam summam, in qua tamen computari debeant provisiones nobilium profugorum et expulsorum ab infidelibus, quae tamen octo millia excedere non debeant, ita ut numquam de dictis aluminis reditibus dispensari, aut aliter et in alios usus exponi possit sub poena interminationis, et anathematis, et sacrilegii, quodque reditus praedicti per clericos camerae apostolicae et sacri collegii insimul scribantur et computentur, et computa eorum videantur, deputandusque depositarius teneatur praedictas pecunias exponere de mandato communi clericorum camerae, et collegii secundum determinationem summi pontificis, et trium cardinalium priorum ex quolibet ordine, et in tali casu cardinales de ipsorum pecuniis offerunt dare, et solvere pro tali auxilio decem millia ducatorum pro rata solvendorum pro quolibet secundum ratam et proportionem redituum suorum quorumcumque. Quum vero Deus concesserit generalem expeditionem validam et sufficientem concursu sanioris partis potentatuum, principum et populorum Christianorum ad offensionem ipsorum perfidorum Turcarum, ultra aluminis reditus offert bona fide et corde puro ducatorum centum millia exponenda modo quo supra. Omnes insuper ecclesiarum decimas prout videbi-

tur expedire, omnes vigesimas, et trigesimas, et alias quascumque impositiones, quae utiles, necessariae, et supportabiles videantur, cardinalesque ipsi viginti millia ducatorum causa expeditionis generalis sponte offerunt, promittentes efficaciter pro rata ut supra cum effectu solvere.

Item quod curiam Romanam in capite et membris reformabit immediate post tres menses post suam coronationem secundum consilium maioris partis dom. cardinalium et deinde continuabit usque ad plenam perfectionem.

Item quod dictam curiam non educet de urbe Romana, nec transferet de loco ad locum, de provincia in provinciam, sive de patria ad patriam intra Italiam quidem sine consensu et consilio maioris partis cardinalium, extra vero Italiam sine consensu duarum partium, de quo quidem consensu debeat constare per subscriptionem eorum, et evitentur scandala et pericula.

Item quod primum commode fieri videbitur, concilium generale celebrabit, aut celebrari faciet solemniter secundum formam antiquorum conciliorum in loco tuto et commodo, prout ei iustum videbitur, et consultum fuerit per maiorem partem cardinalium ad concitandos principes et populos Christianos ad defensionem fidei et generalem contra infideles expeditionem, ac ad reformandam universalem ecclesiam circa fidem, vitam et mores tam respectu clericorum saecularium et regularium, quam religiosorum militum et tam respectu principum, quam communitatum, et insuper eo quod pertinebit ad iudicium et provisionem ecclesiae.

Item quod non creabit seu assumet aliquos cardinales, etiam precibus quorumcumque imperatoris, regum, ducum, aut principum, nisi excedat

trigesimum annum sitque doctor vel in sacra pagina vel in altero iurium vel ad minus quoad filios vel nepotes regum competentis literaturae, et de consilio duarum partium d. cardinalium de parentela et consanguinitate sua non plures, quam unum dumtaxat qualificatum ut supra, promovebit, nec umquam excedet numerum 24 cardinalium ubicumque et undecumque consistentium et aliter vel alio modo creati post mortem pontificis, etiamsi interim exercuerint officium, sint inhabiles in electione pontificis active et passive, nec imposterum habeantur pro cardinalibus, nec creabit umquam aliquem, nisi prius reducatur collegium ad numerum minorem 24, et quum non excedant, ut praedictum est, ipsosque creandos subito publicabit, nec eos tenebit secreto, in qua creatione eorum convocabit dominos cardinales omnes, qui commode venire poterunt in Italia existentes a Bononia vel Florentia, citra quodque exquisitio dominorum cardinalium fiet consistorialiter et non auriculariter et hoc intelligatur in creatione cardinalium tantum.

Item quod nullam provisionem seu permutationem faciet de ecclesiis cathedralibus, abbatiis, prioratibus et magistratibus, aut aliis quibuscumque in camera apostolica taxatis et non taxatis, etiam sub titulo commendae, administrationis, vel alio quocumque titulo, nisi consistorialiter, aut intervenienta consensu saltem maioris partis cardinalium, praeterquam de his, quae confert dominis cardinalibus et praeterquam de abbatiis, quae non excedunt valorem ducentorum ducatorum et nihil ultra taxam recipiat.

Item quod nullam facultatem praesentandi aut nominandi ad ecclesias cathedrales, et monasteria concedet principibus saecularibus, aut praelatis

ecclesiae cuiuscumque conditionis, status aut qualitatis existunt siue imperialis, ducalis, archiepiscopalis, episcopalis, vel cuiuscumque alterius praeeminentiae, nisi de expresso consilio et assensu maioris partis cardinalium.

Item quod nullam umquam bullam expediri permittet, seu alicui concedet, per quam se adstringat principibus, vel alicuius ipsorum, aut eos certificet, quod nullas ecclesias cathedrales et monasteria conferet, nisi de ipsorum beneplacito aut voluntate.

Item quod non deponet, aut privabit aliquem praelatorum ad petitionem alicuius principis, nisi iuridice se instruat, vel crimina sint notoria et in Rom. curia partibus hinc inde auditis plenarie probata, nec eosdem praelatos invitos transferet, nisi ex eisdem causis et propter illa notoria crimina, propter quae de iure veniret deponendus, et si ex aliqua necessitate secundum constitutiones canonicas dandus fuerit alicui archiepiscopo, episcopo, vel abbati coadiutor, non dabit nisi in forma iuris, omni successione penitus remota.

Reliqua sequentur.

Beylage Nro IX.

der mit beygesezten billigen Preisen zum Kaufe angebotenen Bücher, welche alle in Folio und sehr wohlbehalten sind.

Prg. Ld. Pap. Schw. Frz. oder Pergament - Leder- Pappendeckel - Schweinleder - Franzband.

---

1) Vegetii, Flavii, Renati, vier Bücher der Ritterschaft . . mit mancherley Gerüsten, Bollwerken . . mit ihren Mustern und Figuren. MDXXIX. (1529). Am Ende: gedruckt zu Augsburg durch Heinrich Stainer, im MDXXIX. Iar. Frz. 2 fl. 24 kr.

2) Heidemann, Christoph, architectura militaris, oder Anleitung . . starke Vestungen zu bauen ./. samt einem Bericht von Beläger - und Beschützung der Städte und Vestungen. Gedruckt zu München durch Iohann Iäcklin, 1664. mit Fig. Papier. 2 fl.

3) Freitag, Adam, architectura militaris nova et aucta, oder neue vermehrte Fortification von Regularvestungen, von Irregularvestungen und Aussenwerken. Amsterdam bey Daniel Elzevier, anno 1665. in Fol. mit Fig. Prg. 3 fl. 30 kr.

4) Dögens, Matthiae, heutiges Tages übliche Kriegsbaukunst. Amsteldam, bey Ludwich Elzeviern, anno 1648. mit Fig. Prg. 6 fl.

5) Seleni, Gustavi, das Schach - oder Königspiel. In 4 Büchern abgefasst, auch mit dienlichen Kupferstichen geziert. Diesem ist angefüget ein sehr altes Spiel, genannt: Rythmo - Machia. Am Ende: Leipzig, gedruckt durch Lorenz Kober, im Iahr 1616. Schw. 11 fl. Rariss. v. Vogt.

6) Aristotelis Stagiritae, peripateticorum principis, organum, hoc est, libri omnes ad logicam pertinentes, graece et latine. Iul. Pacius recensuit, è graeca in latinam linguam convertit . . Morgiis, excudebat Guillelmus

Laimarius, MDLXXXIV. (1584). in Fol. min. Schw. 1 fl. 30 kr.

7) Raulin, Excellentissimi artium et theologiae doctoris magistri, Iohannis Raulin, cum plerisque dubiis Nicolai Amantis passim annexis in logicam Aristotelis. Commentarium feliciter incipit . . opus praeclarum Parisiaca urbe impressum honestorum virorum impensa, Nicolai Vaultier et Durandi Gerlier, almae universitatis librariorum . . ad calcem: venales reperiuntur a Lestrille Faulx Veau. Et ad signum ratorum vici citharae, in Fol. min. sine pag. num. et absque anni nota. Ld. 48 kr.

Class. 2. Libri in 4to.

1) Kantemir, Demetrius, Geschichte des Osmannischen Reichs, von seinem Anwachse und Abnehmen. Aus dem Englischen übersezt. Mit Kupfern, 1. und 2ter Theil, Hamburg. bey Christian Herold, 1745. in gr. 4. Prg. 4 fl. 30 kr.

2) Edlweck, Iohann, Leben des heiligen Andreas Avellinus .. aus dem Orden der .. Theatiner. Aus dem Ital. übersezt, verbessert und vermehrt, 1. 2. und 3ter Theil. München 1765. in 4. Ld. 30 kr.

3) Velseri, Marci, rerum Boicarum libri quinque. Historiam à gentis origine ad Carolum M. complexi. Augustae Vindelicorum, ad insigne pinus. Anno MDCII. (1602) in 4. Ultima pag. habet numerum 338. caetera desunt. Prg. 1 fl. 30 kr.

Nota: cum notis in margine calamo adscriptis, quibus historia illustratur.

4) Zeltner, Gustav. Georg., vitae theologorum Altorphinorum à condita academia omnium una cum scriptorum recensu . . . descriptae. Norimbergae et Altorphii, 1722. in 4. cum fig. Frz. 2 fl.

5) Khisl, Herbardi Aurspergii Baronis etc. rerum domi militaeque praeclare gestarum gloria praestantissimi, vita et mors, ad salutem et commodum patriae transacta . . a Georgio Khisl de Kaltenprun . . properanter et turbulente descripta. Labaci ex officina Ioannis Manlii, MDLXXV. (1575) in 4. Prg. 1 fl.

6) Fichard iurisconsultorum vitae, veterum quidem per Bernardinum Rutilium . . recentiorum vero . . per Ioannem Fichardum . . ad hae indices duo locupletissimi omnium scriptorum in iure tam pontificio,

quam civili . . . per Io. Neuizanum et Io. Fichardum collecti, Basileae, sinè nota anni, in 4. Schw.

Der Brief des Nicol. Gerbelius an den Christoph. Vueisinger ist datirt: Argentorati, 1537. 1 fl.

7) Gottseliges Leben und Tod der Frau Eleonora, verwittibten und gebornen Gräfinn von Waldstein. Constanz 1760. in 4. Frz. 20 kr.

8) Summarische Historia . . von dem Leben, Lehr, Bekanntnuss und Ableiben Martin Luthers und Ioann Calvini, auch etlich Anderer . . aus dem Franz. des Iac. Laingaei Scoti. Ingolstadt bey Weissenhorn gedruckt, MDLXXXII. (1582.) in 4. Prg. 10 kr.

9) Chytraei, Nathanis, de vita excellentium imperatorum liber, sive Aemilii Probi, vel Cornelii Nepotis, ex emendatione Lambini; item de viris illustribus libellus vulgo attributus C. Plinio secundo. Francofurti ad Moenum, 1577. in 4. Ld. 30 kr.

10) Menckenii, Frid. Ott, historia vitae et in literas meritorum Angeli Politiani . . Lipsiae, 1736. in 4. Frz. 1 fl. 24 kr.

11) Lambinus, Aemilii Probi, seu Cornelii Nepotis liber de vita excellentium imperatorum, a Dionysio Lambino . . explicatus. Nunc primum in lucem editus. Lutetiae, CIↃIↃLXVIIII. (1569.) Oliva Petri l'Huillier, via Iacobaea, in 4. Schw. 36 kr.

12) Diogenis Laertii, de vitis, decretis et responsis celebrium philosophorum libri decem, nunc primum excusi. Graece. Basileae anno MDXXXIII. (1533.) Prg. in 4. 3 fl. 48 kr.

Extat in bibl. Oxoniensi, vid. Th. Iames, p. 343.

13) Diogenes Laertius graece et latine, cum commentariis doctorum virorum . . . Cum subiunctis integris annotationibus Is. Casauboni, Th. Aldobrandini, et Mer. Casauboni. Latinam Ambrosii versionem complevit et emendavit Marcus Meibomius. Seorsum excusas Aeg. Menagii in Diogenem observationes auctiores habet volumen II. . . Amstelodami apud Henricum

Wetstenium CIↃIↃCVIIIC. (1692.) in 4. mai. Schw. opt. cons. vol. I. II. 18 fl.

Dict. bibliogr. edition très-estimée, dont les exemplaires tirés sur grand papier sont rares, 36 à 48 liv. et en grand papier vendu 144 liv. en 1780.

Catalogue de M. Crevenna vol. V. pag. 243.

14) Iames, Thom., catalogus librorum bibliothecae publicae, quam vir ornatissimus Thomas Bodleius eques auratus in academia Oxoniensi nuper instituit . . . Oxoniae, apud Iosephum Barnesium an. dom. 1605. in 4. min. Schw. 2 fl.

15) Summa librorum, quos in omnibus scientiis ac nobilioribus artibus, variis linguis conscriptos, vel antea nunquam divulgatos, vel utilissimis et pulcherrimis scholiis correctionibusque illustratos, in lucem emittet academia Veneta. In academia Veneta MDLIX. (1559.) Prg. 48 kr.

16) Schütz, Henr. commentarius criticus de scriptis et scriptoribus historicis, tam antiquis, quam novis, ad faciliorem et veriorem historiae qua ecclesiasticae, qua profanae, notitiam concinnatus. . . Ingolstadii apud Franc. Xav. Crätz, 1761. Schw. 1 fl. 36 kr.

17) Broweri, Christoph., sidera illustrium et sanctorum virorum, qui Germaniam, praesertim magnam, olim gestis rebus ornarunt. Moguntiae, ex offic. typogr. Ioan. Albini, 1616. Schw. 36 kr.

18) Caroli a Basilicapetri, de vita et rebus gestis Caroli (Borromei), S. R. E. cardinalis . . archiepiscopi Mediolani, libri septem. Ingolstadii ex offic. typogr. Davidis Sartori, anno domini MDXCII. (1592.) Prg. 24 kr.

19) Wion, Arnoldi, lignum vitae . . in quinque libros divisum, in quibus totius sanctiss. religionis divi Benedicti initia, viri dignitate, doctrina, . . clari describuntur. . . Accessit dilucidatio, quomodo principes Austriaci originem ducant ex Anicia Romana familia, quae erat divi Benedicti . . Venetiis, apud Georg. Angelerium. MDXCV. (1595.) vol. I. II. Schw. Rar. v. Vogt. 1 fl. 30 kr.

20) Zaccaria, Franc. Ant., de rebus ad historiam atque antiquitates ecclesiae pertinentibus tomus 1. et 2dus, Fulginiae 1781. Excudebat Pompeius Campana, in 4. mit Goldschn. und in Saffian. 5 fl. 30 kr.

21) Christian, Probst zu Beghardinq, denkwürdige Miracula und Wunderzeichen . . . der sel. Iungfrau Maria zu Tundenhausen, München, gedr. durch Nicol. Henricum, 1646. in 4. Prg. Goldsohn. 18 kr.

22) Stevart, D. Mauricius, Thebaeae legionis dux et signifer. Iam olim a S. Eucherio episcopo Lugd. XX. nunc iterum a Petro Stevartio . . in theatrum productus. Ingolstadii ex typogr. Ederiana, 1617. Prg. 20 kr.

23) Aretino, Pietro, la passione di Giesu, con due canzoni, una alla vergine, et l'altra al Christianissimo . . Ristampate nuovamente per Francesco Marcolini de Forli. MDXXXV. (1535.) Ed al fine: in Vinegia del mere di Genaro, MDXXXVI. (1536.) Item:

I sette salmi de la penitentia di David. Composti per Messer Pietro Aretino, et ristampati etc. ut supra, 1536. Prg. rar. v. Vogt. 3 fl.

24) O Dale, Cherubin. Mar., historiae vitae ac rerum gestarum Beati P. Philippi Benitii . . ord. servorum B. M. V. Oeniponti, 1644. Prg. 15 kr.

25) Galesini, Petri, martyrologium S. Romanae ecclesiae usui in singulos anni dies accommodatum. Venetiis 1578. apud Io. Antonium de Antoniis, Schw. 20 kr.

26) Perionii, Ioachimi, . . . de sanctorum virorum, qui patriarchae ab ecclesia appellantur, rebus gestis ac vitis, liber . . . Lutetiae, ex officina Michaelis Vascosani . . MDLV. (1555.) Prg. 30 kr.

27) Galeni, Matthaei, . . origines monasticae, seu de prima ac vera Christianae monastices origine commentarius. . . Dilingae excud. Sebaldus Mayer 1563. Schw. 20 kr.

28) Leporini, Melchioris, historia Iesuitici ordinis, das ist: gründliche und ausführliche Beschreibung des Iesuitischen Ordens . . allen Christen zum Guten,

um sich für gemeldter Gesellschaft der Iesuiten fleissig zu hüten . . aus dem Lat. übersezt. Frankfurt am Mayn, 1554. Prg. 30 kr,

29 Martyrologium Viola sanctorum. Ad calcem: viola sanctorum finit feliciter Anno domini MDXVI. (1516.) Impressum Argentinae per honestum virum Matthiam Hupffuff. Ld. 10 kr.

30) Chronicon Andecense, von dem Ursprung . . und herrlichen Stiftungen der Grafen von Andechs, deren alten gräflichen Sitz und Schloss Andechs . . der heilig Berg genannt . . München, gedrukt bey Adam Berg, 1595. mit Fig. Prg. 24 kr.

31) Pallavicini, Sfortia, vindicationes societatis Iesu, quibus multorum accusationes in eius institutum . . refelluntur. Romae, typ. domin. Manelphi, 1649. Schw. 30 kr.

32) Bonarscii, Clari, amphitheatrum honoris, in quo Calvinistarum in societatem Iesu criminationes iugulatae. Paleopoli Aduaticorum apud Alexandrum Verheyden. MDCV. (1605.) Schw. 1 fl. 15 kr. Rar. v. Bauer.

33) Khamm, Corbinian., Hierarchia Augustana . . id est: series et descriptio Augustanorum episcoporum . . . Augustae, 1709. 15 Theile, cum fig. aeri incis. Schw. vol. I — IV. 5 fl.

34) Gercken, Phil. Wilh., ausführliche Stiftshistorie von Brandenburg, nebst einem codice diplomatico aus dem Brandenburgischen Stiftsarchiv. Braunschweig, 1766. Frz. 1 fl. 36 kr.

35) Sulger, Arsenii, annales imperialis monasterii Zwifaltensis, ordinis S. Benedicti in Suevia. Pars 1. et 2da. Augustae Vindelicorum typis M. Magdalenae Utzschneiderin, 1698. Goldschnitt, Frz. 1 fl. 24 kr.

36) Sigonii, Caroli, de episcopis Bononiensibus libri quinque. Bononiae MDLXXXVI. (1586.) per Alexandrum Benatium, Prg. 1 fl. 40 kr.

37) Bucelini, Gabr., Rhaetia Etrusca, Romana, Gallica, Germanica . . sacra et profana topo - chrono - stemato-

graphica. Augustae Vindelicorum, typis Ioan. Praetorii 1666. Prg. 48 kr.

Idem liber, Prg. 48 kr.

38) Morcelli, Steph. Ant., inscriptiones commentariis subiectis. Romae ex officina Giunchiana maiore, 1783. in 4. mai. Frz. 4 fl. 48 kr.

39) Troiano da Napoli, Massimo, musico dell' illustriss. . duca di Baviera, Discorsi delli triomfi, giostre . . . fatte nelle sontuose nozze dell' illustriss. . . duca Guglielmo, primo genito del Generos. Alberto Quinto . . duca della Baviera . . nell anno 1567. à 22. di Febraro. In Monaco appresso Adamo Montano MDLXVIII. (1568.) Prg. 5 fl.

40) Onuphrii Panvinii . . . Romani pontifices et cardinales S. R. E. ab eisdem à Leone IX. ad Paulum papam IV. per quingentos . . annos creati. Ad calcem: Venetiis apud Michaelem Tramezinum, MDLVI. (1556.) Ld. 1 fl.

41) Kolb, Gregor., series Romanorum pontificum cum reflexionibus historicis, contra D. Io. Hubnerum aliosque Lutheranos, maxime historicos. Augustae Vindelicorum, 1724. Schw. 30 kr.

42) De la Puissance de l'eglise, ou reponse au traité historique de Mons. Maimbourg, de l'etablissement et des prerogatives de l'eglise de Rome et de ses evesques. 1687. Prg. 1 fl. 24 kr.

43) L. Domitii Brusonii facetiarum exemplorumque libri VII. . . . opera et studio Conradi Lycosthenis. Basileae ex officina (der Name des Buchdruckers ist unleserlich gemacht worden) die Dedication des Lycosthenes ist unterschrieben: Basileae, 1559. Schw. 1 fl.

Verbesserungen zum ersten Stücke.

Auf dem Umschlage für verfasst— lese man: herausgegeben. p. 17. lin. 15 ουτος lege οὗτος p. 26. ad finem ἔτει leg. ἔθει p. 28. lin. 8. ὧν leg. ὦν p. 31. lin. 25. τοῦτο leg. τοῦτο pag. 33. lin. 5. pro ἀγάπης leg. ἀγαπῆς p. 33. lin. 18. pro φωτῶν leg. φώτων. p. 41. lin. 31. pro οὐδένος leg. οὐδενὸς. p. 45. lin. 24. pro ω leg. ῶ. p. 46. lin. 9. pro μώσεως leg. μωσέως. p. 47. lin. 4. pro. ἰσράηλ leg. ἰσραὴλ. p. 47. lin. 6. pro ἰσράηλ leg. ἰσραηλ. p. 47. lin. 10. pro μωύσης leg. μωυσῆς. Seite 56. Zeile 12. von unten: dass er — ist wegzustreichen. S. 85. Z. 4. und 8. von oben: statt X. lese man IX. S. 86. in der ersten Zeile statt X. — l. IX. S. 88. in der Anmerk. statt vortreflich — l. vortheilhaft. In der Beylage Nro. 16. Z. 2. von unten, statt on, — l. se.

Zum zweyten Stück.

Seite 49. gleich am Anfange soll es heissen: Fortsetzung der Briefe u. s. w. S. 51. Z. 1. statt F. ist zu lesen S. L. oder sine loco s. f. S. 62. bey Nro. 6. in der Anm. statt Annerbach lese man Ammerbach. S. 66. Z. 2. l. m. Salamanka-Ablass. S. 68. Z. 5. von unten l. m. Benedictinum — und Stuchs für Stacher. S. 71. Nro. 9. in der Anm. statt W. ist zu lesen B. Nro. 10. Stauffer, für Stausser, und Nro. 13. Parreut, Parrent. S. 72. Nro. 15. Marx, für Max. und Nro. 5. lese man Pragae. S. 77. Z. 18. Tatius, für Statius, und Z. 30. l. m. Galenus. S. 82. Z. 5. von unten: Gelenius für Silenius. S. 86. Z. 6. v. unten: Rostochii, für Arotochii. S. 92. Z. 10. statt Nro. l. m. Nor. S. 94. Z. 7. v. unt. Aretinus für Aretius. In der zweyten Beylage Nro. 5. Herzog, für Hergog, Nro. 6. gepredigte s. f. Nro. 14. Ioannis, für Ioan. Nro. 21. lese man 8 fl. Nro. 28. Maibomius. Nro. 68. l. m. Ptolemaei, und 12 fl. für 2 fl. Nro. 71. l. m. 15 fl. statt 5 fl. In der dritten Beylage Nro. 1. l. Schrenckhii. Nro. 2. Schwarz, für Schwarg. Nro. 5. lese man: 7 fl. Nro. 19. in der Anmerk. ce für cet. Nro. 23. lese man: 2 fl. 48 kr. Nro. 29. l. 9 fl. 24 kr. Nro. 35. Zonarae für Zonorae. Nro. 37. l. 9 fl. Nro. 38. l. 8 fl. 50 kr. Nro. 40. Falke, für Talke. Nro. 52. l. 16 fl. für 6 fl.

Zum dritten Stücke.

S. 50. Z. 8. lese man verbrannt. S. 51. Z. 3. von unten wäre einzuschalten: Zweyte Abtheilung. S. 55. Z. 13. v. u. l. m. Cella's. S. 62. Z. 5. Iudex, für Index. S. 65. Z. 1. lese m. Slegen. und Z. 7. den— für der. S. 71. Z. 1. ist: III. wegzustreichen. S. 72. Z. 5. l. m. απεχθαι. S. 82. Z. 9. von unten: Suidas, für Lucidas. S. 83. Z. 12. von unt. l. m. Korthold. S. 85. Z. 1. ist: III. statt IV. zu lesen. S. 87. Z. 2. v. u. soll es heissen: S. Crusii. S. 91. Z. 2. l. m.

Statuta. S. 92. Z. 5. v. unt. l. m. 1516. S. 96. Z. 2. v. u. Hahnii, für Halmii. In der vierten Beylage, Nro. 7. l. m. 8 fl. Nro. 17. l. 8 fl. 30 kr. Nro. 20. l. 4 fl. 15 kr.

Zum vierten Stücke.

S. 50. in der 2ten Note: Göze a. a. O. S. 67. Z. 6. v. unt. l. Mannagetta. S. 69. Nro. 9. Max. für Maj. und Nro. 10. Theuerdank. S. 74. Z. 15. Pisa, für Gisa, und Z. 18. Blackstone. S. 79. Z. 4. l. m. Cedrenus, und Z. 11. Trithemius. S. 81. bey Nro. 5. l. m. Astruc. S. 95. Z. 5. v. unt. ist beyzusetzen: Dermalen noch nicht vorhanden.

Zum fünften Stücke.

S. 73. Z. 6. Pechler, für Pehler. S. 76. bey Nro. 12. Z. 4. l. m. Chiniae. In der 8ten Beylage Nro. 12. Aristolis l. Aristotelis. Nro. 15. Paulus Iovius l. Pauli Iovii. Bocatii ist einmal wegzustreichen. Nro. 14. Annexa est l. Annexae sunt. Nro. 15. Vulgrisium l. Valgrisium. Nro. 18. Ist die lezte Zeile wegzustreichen. Nro. 24. Aeneas Sylvius l. Aeneae Sylvii. Nro. 26. ist das erste Wort wegzustreichen. In der Note: referme l. renferme. Nro. 32. Schardius l. Schardii. Nro. 33. Franc. et Paul l. Franc. de Paul. Nro. 34. Goldast l. Goldasti. Nro. 36. peregrinas l. peregrinas. Nro. 45. ist das erste Wort wegzustreichen. Nro. 53. Leovitius l. Leovitii. Nro. 57. ist das erste Wort wegzustreichen. Nro. 59. Apianus l. Apiani. Nro. 51. Zeile 3. ist zu lesen: militantium incrementa.

SPECIAL 86-B
24682
V.1

The GETTY CENTER
LIBRARY

WILLIAM SALLOCH
Pines Bridge Road
Ossining, N.Y. 10562